


Ex Missali franciscano a[1] 1469. Bibl. Ross. lat. 1164. f. 125[v].

I

OFFICIUM AC MISSA

DE

FESTO S. P. N. FRANCISCI

QUIBUS ACCEDUNT

CANTUS SELECTI

IN HONOREM EIUSDEM.

AD CODICUM FIDEM AC NORMAM GREGORIANAM RESTITUIT

P. Fr. ELISEUS BRUNING O. F. M.

IUSSU

Rmi P. Fr. BERNARDINI KLUMPER

TOTIUS ORDINIS FF. MINORUM MINISTRI GENERALIS



1926

TYPIS SOCIETATIS S. IOANNIS EVANGELISTAE

DESCLÉE & SOCII

S. Sedis Apostolicae et Sacrorum Rituum Congregationis Typographi

PARISIIS, TORNACI, ROMAE

Revisione rite peracta, omnia concordant cum originali approbato.

In fidem, etc.

Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis, die 26 Martii 1926.

Angelus MARIANI, S. R. C. Secretarius.

Quum Officium B. P. N. Francisci, quod VII fere saeculorum traditio consecravit, nunc originali suae integritati restitutum exstet, valde desiderandum est, ut, quantum fieri potest (et uti multis in Provinciis iam ab immemorabili tempore fit), Officium Seraphici Patriarchae digno decore, simulque eo splendore celebretur quem Caeremoniale nostrum permittit : « Matutinum cum Laudibus in praecipuis festivitatibus... pari ritu solemni ac Vesperae in ecclesiis nostris celebrari potest ». (n. 129; ed. 1926, n. 152).

Romae, die 28 Martii 1926.

Fr. Bernardinus KLUMPER, O. F. M.
Minister Generalis.

Laudans laudare monuit;
Laus illi semper adfuit,
Laus, inquam, Salvatoris:
Invitat aves, bestias,
Et creaturas alias
Ad laudem Conditoris.

PATRI BEATISSIMO

PRAECONI MAGNI REGIS.

AD CANTOREM.

Quum Antiphonarium Romano-Seraphicum quod praeparatur amplius sit quam ut terminatum iri ante festa saecularia B. P. N. Francisci vix sperari possit, Rmus P. Generalis Fr. *Bernardinus Klumper*, opportunum duxit iubere editionem separatam totius Officii S. P. N. Francisci.

Hoc sane magni momenti opus statim edere erat necessarium; ultima enim editio peracta fuit apud Liechtenstein (Venetiis) circa annum 1580. In variis quidem Ordinis nostri conventibus Officium hoc quotannis adhuc cantatur ex antiquis codicibus, sed in compluribus domibus hujusmodi codices omnino desiderantur. Praeterea, quamquam Officii melodia generatim est eademque ubique, tamen quantum longius distamus ab origine, tanto cautiores nos esse oportet, quia et mendae irrepserunt et theoriae erroneae (ad cantum gregorianum quod spectat) influxum suum certe exercuerunt. Immo non defuerunt qui pulchram cantilenam magistri Iuliani a Spira corrigere auderent quique eam non solum adulterarent, sed ei aliam funditus sufficerent: quod clare constat tum ex editione Burdigalensi, anni 1892, tum ex editione facta anno 1897 (*Offices propres.* Caen).

Sane nonnullae existebant editiones ad quas recursus patebat. Anno 1902 *P. Hil. Felder O. C.* edidit opus satis amplum de hoc Officio;[1] in Appendice addebatur totum Officium cura P. Wagner, sed talis editio non potest inservire usui practico chorali, neque haec edentis erat intentio: etenim textus non est semper hodierni nostri Breviarii; insuper editio omni ex parte critica dici nequit. Neque taliter laudari potest illa Officii editio quam curabat *Dr. J. Weis;*[2] sed nec publicatio facta in Antiphonario Romano-Seraphico anni 1902 hisce votis plene satisfacere valet: imprimis, quia continet Officium diurnum tantum; deinde quia fere exclusive nititur codice Vat. lat. 8737, qui utique est magnae auctoritatis, attamen non tantae cui primatus honor tribuendus sit.

---

[1] H. Felder O. C., *Die liturgischen Reimoffizien auf die heiligen Franciscus und Antonius*, Freiburg (Schw.) 1902.

[2] Dr. J. Weis, *Die Choräle Julian's von Speier*. in *Veröffentl. a. d. Kirchenhist. Seminar*, München, n. 6, München 1901.

Certe hae publicationes praecedentes nobis utilissimae fuerunt; sed ad reconstruendum textum (melodicum) critice tutum, censuimus una tantum via deveniri posse : nempe examinando et inter se conferendo codices saec. 13, 14 et 15. In epilogo critico hujus libri invenies enumerata praecipua Mss. s. 13 et 14; in acroasi vero quam mox huic materiae dedicare cogitamus, ampliora hac super re reperies.

Non sine ratione censemus numquam editionem Officii S. P. N. Francisci gratiorem esse posse quam hisce temporibus. Iamiam totus orbis franciscanus ad digne celebrandam memoriam gloriosi transitus beatissimi Patris in caelos sese accingit. Quomodo autem melius gloria Seraphici Patris cantari posset quam melicis illis concentibus, quibus septem saeculorum spatio cantaverunt eam Fratres Minores, ex « omni tribu, lingua et natione », die 4. Octobris? Quomodo melius quam per decoram atque iucundam psalmodiam, per dignam celebrationem liturgicam in honorem eius, qui « laudans laudare monuit... in gloriam Factoris »?

Igitur si umquam, at certo certius hoc anno illud Caeremonialis nostri (n. 129) locum habebit : « Matutinum cum Laudibus in praecipuis festivitatibus... pari ritu solemni ac Vesperae in ecclesiis nostris celebrari potest ».

Hoc in libro invenies omnia adeo complete notata, ut tibi totum Officium (a I. Vesperis ad II. usque) cum omnibus psalmis, antiphonis et hymnis prae oculis in promptu sit. Ad textum litterarium quod attinet, non utique ad verbum iugiter Iulianum sequi potuimus, eius enim textus pro usu liturgico in quibusdam mutatus est anno 1260 et circa annum 1780.

Occasionem nactis huius Festi saecularis, opportunum nobis visum est addere selectiorem canticorum et hymnorum seriem, quam Minoritica pietas Mediae Aetatis in honorem Seraphici Patris concinuit. Selectionis autem opera non ita facilis evadere poterat; quare censuimus ea tantum afferre, quae et textu et melodia vere digna allatu nobis visa sunt. Ex his nonnulla iam erant edita in libro « *Cantus varii in usu apud nostrates* » (Romae 1902); sed omnia illius libri exemplaria iamdudum divendita sunt. Ceterum in epilogo critico habebis omnia quae adnotare utile duximus.

OFFICIUM AC MISSA

DE

FESTO S. P. N. FRANCISCI.

AD I VESPERAS.

Pater. Ave.


I. *Tonus antiquus Ordinis.*




II. *Vel etiam :*




1. Ant. 1. g





Ps. 109. DIXIT Dóminus **Dó**mino **me**- o: * sede a *dex-*



tris **me**- is.

2. Donec ponam ini**mí**cos **tu**os, * scabéllum pe*dum tu***ó**rum.

3. Virgam virtútis tuae emíttet Dómi**nus** ex **Si**on : * domináre in médio inimicó*rum tu***ó**rum.

4. Tecum princípium in die virtútis tuae in splendóri**bus** san**ctó**rum : * ex útero ante lucíferum *génu***i** te.

5. Iurávit Dóminus, et non poeni**té**bit **e**um : * Tu es sacérdos in aetérnum secúndum órdi*nem Mel***chí**sedech.

6. Dóminus a **dex**tris **tu**is, * confrégit in die irae *suae* **re**ges.

7. Iudicábit in natiónibus, im**plé**bit ruínas : * conquassábit cápita in ter*ra mul***tó**rum.

8. De torrénte in **vi**a **bi**bet : * proptérea exal*tábit* **ca**put.


9. Glória **Pa**tri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

10. Sicut erat in princípio, et **nunc,** et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.


2. Ant.
2. D




COEPIT sub In- no- cénti- o, * Cursúmque sub Ho-nó-



ri- o Perfé-cit glo-ri- ó- sum; Succé-dens his Gre-gó-ri- us




Magni- fi-cá-vit ámpli- us Mi-rá-cu-lis famó- sum.



Ps. 110. CONFI-TEBOR ti-bi Dómine in tó-to corde **me**-



o : * in consí-li-o iustó-rum et congrega*ti*- **ó**- ne.



Flexa : su-ó-rum †

2. Magna ópera **Dó**mini : * exquisíta in omnes voluntá*tes* **e**ius.

3. Conféssio et magnificéntia opus **e**ius : * et iustítia ejus manet in saécu*lum* **saé**culi.

4. Memóriam fecit mirabílium suórum, † misέricors et miserátor **Dó**minus : * escam dedit timén*ti***bus** se.

5. Memor erit in saéculum testaménti **sui** : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópu*lo* **su**o.

6. Ut det illis hereditátem **Gén**tium : * ópera mánuum eius véritas, et *iu***dí**cium.

7. Fidélia ómnia mandáta eius : † confirmáta in saéculum **saé**culi, * facta in veritáte et ae*qui***tá**te.

8. Redemptiónem misit pópulo **su**o : * mandávit in aetérnum testamén*tum* **su**um.


9. Sanctum et terríbile nomen **e**ius : * inítium sapiéntiae ti*mor* **Dó**mini.

10. Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus **e**um : * laudátio eius manet in saécu*lum* **saé**culi.


11. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spirítu*i* **San**cto.

12. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in saécula saeculó*rum*. **A**men.

3. Ant.
3. a 2



HUNC San-ctus * prae-e-lé-ge-rat In pa- trem, quando



2. Potens in terra erit semen eius : * generátio rectórum be*nedi*cétur.

3. Glória et divítiae in domo eius : * et iustítia eius manet in saé*culum* saéculi.

4. Exórtum est in ténebris lumen rectis : * misericors, et miserá*tor*, *et* iustus.

5. Iucúndus homo qui miserétur et commódat, † dispónet sermónes suos in iudício : * quia in aetérnum non *commo*vébitur.

6. In memória aetérna erit iustus : * ab auditióne mala *non ti*mébit.

7. Parátum cor eius speráre in Dómino : † confirmátum est cor eius : * non commovébitur donec despíciat iní*micos* suos.


8. Dispérsit, dedit paupéribus : † iustítia eius manet in saéculum saéculi, * cornu eius exaltábi*tur in* glória.

9. Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet et tabéscet : * desidérium peccató*rum per*íbit.


10. Glória Patri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sancto.

11. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.


4. Ant.
4. E




FRANCI-SCUS * e-vangé-li-cum Nec á-pi-cem vel ú-ni-




cum Transgré-di-tur nec io-ta : Nil iugo Christi su- á-vi- us,



Hu- ic ó-ne-re nil lé-vi- us In hu-ius vi-tae ro- ta.



Ps. 115. LAUDATE pú-*e-ri* **Dó**minum : * laudá-*te nomen*



Dómi-ni.

2. Sit nomen Dómini *bene***díc**tum, * ex hoc nunc, et *usque in* **saécu**lum.

3. A solis ortu usque *ad oc***cá**sum, * laudábi*le nomen* **Dómi**ni.

4. Excélsus super omnes *gentes* **Dó**minus, * et super caelos *glória* **e**ius.

5. Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in *altis* **há**bitat, * et humília réspicit in cae*lo et in* **ter**ra?

6. Súscitans a *terra* **ín**opem, * et de stércore *érigens* **páupe**rem :


7. Ut cóllocet eum *cum prin***cí**pibus, * cum princípibus *pópuli* **su**i.

8. Qui habitáre facit stéri*lem in* **do**mo, * matrem filió-*rum lae***tán**tem.

9. Glória Pa*tri, et* **Fí**lio, * et Spi*rítui* **San**cto.

10. Sicut erat in princípio, et *nunc, et* **sem**per, * et in saécula sae*culórum.* **A**men.


5. Ant. 5. a




Hic cre- a-tú- ris ímpe-rat * Qui nú-tu- i subié- ce-




rat Se tó-tum Cre- a-tó- ris; Quidquid in rebus ré- pe-rit



De- lectamén-ti, ré-ge-rit In gló-ri- am Factó- ris.



Ps. 116. Laudate Dóminum omnes **gen**- tes : * laudá-te



e- um **o**-mnes **pó**pu-li.

2. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia **e**ius : * et véritas Dómini manet **in** ae**tér**num.

3. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spi**rí**tui **San**cto.

4. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in saécula saecu**ló**rum. **A**men.

Capitulum. *Gal. 6, 14.*


Fratres : Mihi autem absit gloriári, † nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi, * per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo.

Hymnus.


4.




Proles de cae- lo pród-i- it, No-vis u-tens prod- í-
2. Spo- li- á- tis Ae-gýpti- is, Transit di-ves, sed páu-



1. gi- is, Cae-lum cae- cis a- pé-ru- it, Sic- cis ma-re ve-
2. pe-ris Nec rem nec no- men pérdi-dit, Fa-ctus fe- lix pro
1. stí-gi- is. 3. As-súmptus cum A-pósto- lis In mon-tem no-
2. mí-se-ris. 4. Fac tri- a ta- berná-cu- la Pe- tri se- cú-
3. vi lúmi-nis, In paupertá- tis praédi- is Chri- sto Francí-
4. tus stú-di- a, Cu- ius ex-émplo nó-bi-li Spon-te re- lí-
3. scus ín- tu-lit. 5. Le- gi, Prophé- tae, grá-ti- ae Gra-tum ge-
4. quit ómni- a. 6. Dum ré- pa- rat vir- tú-ti-bus Hospes tri-
5. rens obséqui- um, Tri- ni-tá-tis of- fí- ci- um Fe- sto
6. plex ho-spí- ti- um : Et be- a-tá- rum ménti- um Dum tem-
5. so- lémni cé- lebrat.
6. plum Chri- sto cónsecrat. 7. Domum, portam et túmu-lum,
Pa-ter Francí-sce, ví-si- ta, Et Hevae pro- lem mí-se-ram A
somno mórtis éxci- ta. A-men.

Alter Tonus ad libitum.







5. so- lémni cé- lebrat.
6. plum Chri-sto cónsecrat. 7. Dómum, portam et túmu-lum,



Pa-ter Francí-sce, ví-si-ta, Et Hevae pro- lem mí-se-ram




A somno mortis éxci-ta. A-men.



℣. O-ra pro no-bis, be- á-te Pa-ter noster Francísce.




℟. Ut digni ef-fi-ci- ámur promissi- ó-ni-bus Christi.




Ad Magnificat, Antiphona.


6. F.



O stupor et gáudi- um, * O iudex homo mén-



ti- um, Tu nostrae mi- lí- ti- ae Currus et au- rí- ga.


Igne- a prae- sénti-bus Transfi-gu-rá- tum frátri-bus, In so-
lá-ri spé- ci- e Ve- xit te qua-drí- ga. In te sígnis
rá-di- ans, In te ventú- ra núnti- ans, Requi- évit spí-
ri-tus Du- plex prophe-tá- rum. Tú- is adsta póste-
ris, Pa-ter Francí-sce, mí-se-ris; nam incréscunt gémi-
tus O- vi- um tu- á-rum.
Cant. MAGNI- FI-CAT á- nima
2. Et exsultá-vit spí- ri-tus me- us * in De- o
mé- a Dóminum.
sa-lu-tári me- o.

3. Quia respéxit humilitátem *ancíllae* **su**ae : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes gene*ratió*nes.

4. Qui fecit mihi *magna qui* **po**tens est : * et sanctum *nomen* **e**ius.

5. Et misericórdia eius a progéni*e in pro***gé**nies * timén*tibus* **e**um.

6. Fecit poténtiam in *bráchio* **su**o : * dispérsit supérbos mente *cordis* **su**i.

7. Depósuit po*téntes de* **se**de, * et exal*távit* **hú**miles.

8. Esuriéntes *implévit* **bo**nis : * et dívites dimí*sit iná*nes.

9. Suscépit Israel *púerum* **su**um, * recordátus miseri-cór*diae* **su**ae.


10. Sicut locútus est *ad patres* **no**stros, * Abraham, et sémini e*ius in* **saé**cula.

11. Glória *Patri, et* **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

12. Sicut erat in princípio, *et nunc, et* **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Patris nostri Francísci méritis foetu novae prolis amplíficas : † tríbue nobis ex eius imitatióne terréna despícere, * et caeléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.




AD COMPLETORIUM.

Lector incipit :




℣. Iube domne bene-dí-ce-re.

Bene-dictio.




Noctem qui- é-tam et fi-nem per-féctum concédat no-bis




Dóminus omní-pot-ens. ℟. Amen.


Lectio brevis. *1 Petri 5, 8-9.*




FRATRES : Sóbri- i estó-te, et vi-gi-lá-te : qui- a ad-




versá-ri- us vester di- ábo-lus, tamquam le- o rú-gi- ens, cír-




cu- it, quaerens quem dévo-ret : cu- i re-sísti- te fortes in




fi- de. Tu autem, Dómi-ne, mi-se-ré-re nó- bis. ℟. De- o



grá- ti- as.



℣. Adiu-tó-ri- um nostrum in nómine Dómi-ni.



℟. Qui fe-cit caelum et terram.

Pater noster. *dicitur totum secreto.*

Deinde Hebdomadarius facit Confessionem, quae tota dicitur cum ℣℣. *seq. voce recta et paulisper depressa.*

Chorus respondet :

MISEREATUR tui omnípotens Deus, et dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam aetérnam. ℟. Amen.


CONFITEOR Deo omnipoténti, beátae Maríae semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Ioánni Baptístae, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, beáto Patri nostro Francísco, ómnibus Sánctis, et tibi pater, quia peccávi nimis, cogitatióne, verbo et ópere : mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Ioánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, beátum Patrem nostrum Francíscum, omnes Sanctos, et te pater, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Facta Confessione a Choro, Hebdomadarius dicit :


MISEREATUR vestri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis vestris perdúcat vos ad vitam aetérnam. ℟. Amen.

INDULGENTIAM, absolutiónem, et remissiónem peccatórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et misericors Dóminus. ℟. Amen.

Et facta absolutione dicitur :




℣. Convérte nos De- us sa-lu-tá-ris noster.




℟. Et avérte i-ram tu- am a no-bis.

Tonus ferialis.

℣.




DE- US in adiu-tó-ri- um me- um inténde. ℟. Dómi-




ne ad adiuvándum me festí-na. Gló-ri- a Patri, et Fí-



li- o, et Spi-rí- tu- i Sancto. Sic-ut e-rat in princí-pi- o,




et nunc, et semper, et in saécu-la saecu-ló-rum. Amen.



Alle-lú- ia.


Ant. 8. G



M I-SERE-RE.


Psalmus 4.

Cantores.




1. Cum invo-cá-rem exaudí-vit me De-us iustí- ti-ae

Chorus.



me- ae : * in tribu-la-ti- óne di- la-*tásti* **mi-** hi.



Flexa : iustí- ti-ae, †

2. Miserére **mei**, * et exáudi orati*ónem* **me**am.

3. Fílii hóminum, úsquequo gravi **cor**de? * ut quid dilígitis vanitátem et quaéri*tis men***dá**cium?

4. Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus sanctum **su**um : * Dóminus exáudiet me cum clamáve*ro ad* **e**um.

5. Irascímini, et nolíte peccáre : * quae dícitis in córdibus vestris, * in cubílibus vestris *compun*gímini.

6. Sacrificáte sacrifícium iustítiae, † et speráte in Dómino. * Multi dicunt : Quis osténdit *nobis* bona?

7. Signátum est super nos lumen vultus tui, Dómine : * dedísti laetítiam in *corde* meo.

8. A fructu fruménti, vini et ólei sui, * mul*tipli*cáti sunt.

9. In pace in idípsum * dórmiam et *requi*éscam.

10. Quóniam tu Dómine singuláriter in spe * cons*titu*ísti me.

11. Glória Pátri, et Fílio, * et Spirí*tui* Sancto.

12. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

Psalmus 90.

* Qui hábitat in adiutório Altíssimi, * in protectióne Dei caeli *commo*rábitur.

2. Dicet Dómino : Suscéptor meus es tu et refúgium meum : * Deus meus, sperá*bo in* eum.

3. Quóniam ipse liberávit me de láqueo venántium, * et a *verbo* áspero.

4. Scápulis suis obumbrábit tibi : * et sub pennis e*ius spe*rábis.

5. Scuto circúmdabit te véritas eius : * non timébis a timó*re no*ctúrno.

6. A sagítta volánte in die, † a negótio perambulánte in ténebris : * ab incúrsu, et daemónio me*ridi*áno.

7. Cadent a látere tuo mille, † et decem míllia a dextris tuis : * ad te autem non ap*propin*quábit.

8. Verúmtamen óculis tuis considerábis : * et retributiónem peccató*rum vi*débis.

9. Quóniam tu es Dómine spes mea : * Altíssimum posuísti refú*gium* tuum.

* Hic et in similibus casibus psalmus de novo intonetur a Cantoribus.

10. Non accédet ad te **ma**lum : * et flagéllum non appropinquábit taberná*culo* **tu**o.

11. Quóniam Angelis suis mandávit **de** te : * ut custódiant te in ómnibus *viis* **tu**is.

12. In mánibus por**tá**bunt te : * ne forte offéndas ad lápidem *pedem* **tu**um.

13. Super áspidem et basilíscum ambu**lá**bis : * et conculcábis leónem *et dra***có**nem.

14. Quóniam in me sperávit, liberábo **é**um : * prótegam eum, quóniam cognóvit *nomen* **mé**um.

15. Clamábit ad me, et ego exáudiam eum :* cum ipso sum in tribulati**ó**ne :*erípiam eum et glorifi*cábo* **é**um.

16. Longitúdine diérum replébo **é**um : * et osténdam illi salu*táre* **me**um.

17. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

18. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.

Psalmus 133.

Ecce nunc benedícite **Dó**minum, * omnes *servi* **Dó**mini.


2. Qui statis in domo **Dó**mini, * in átriis dómus *Dei* **no**stri.

3. In nóctibus extóllite manus vestras in **san**cta, * et benedí*cite* **Dó**minum.

4. Benedícat te Dóminus ex **Si**on, * qui fecit cae*lum et* **ter**ram.


5. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

6. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.




Hymnus.

4.



T e lu- cis an-te tér-mi-num, Re- rum Cre- á-
2. Pro- cul re- cé- dant sómni- a, Et nó- cti- um
3. Praesta, Pa- ter pi- ís- si-me, Pa- trí- que com-



1. tor pó-scimus Ut pro tu- a cle- mén- ti- a, Sis prae-
2. phan-tásma-ta Ho- stémque no-strum cómprime, Ne pol-
3. par U- ni-ce, Cum Spí- ri- tu Pa- rá- cli-to, Re- gnans




1. sul et cu-stó-di- a.
2. lu- án-tur córpo-ra.
3. per omne saé-cu-lum. A-men.

Capitulum. *Jerem. 14, 9.*

Tu autem in nobis es, Dómine, † et nomen sanctum tuum invocátum est super nos : * ne derelínquas nos, Dómine Deus noster. ℟. Deo grátias.

Responsorium breve.


6.




I n manus tu- as Dó-mi-ne, * Commméndo spí- ri- tum




me- um. *Repetitur :* In manus. ℟. Red-e-místi nos Dómi-ne,




De- us ve-ri- tá-tis. * Comméndo. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fi-







Ant.
3. a



Canticum Simeonis. *Luc. 2, 29-32.*





2. Quia vidérunt óculi **mei** * salutá*re* **tu**um :

3. **Quod** pará**s**ti * ante fáciem ómnium po*pu***ló**rum :


4. Lumen ad revelatiónem **gén**tium, * et glóriam plebis tu*ae* **Is**rael.

5, Glória **Pa**tri, et **Fí**lio, * et Spirítu*i* **San**cto.


6. Sicut erat in princípio, et **nunc**, et **sem**per, * et in saécula saeculó*rum.* **A**men.

Ant.





mi- éntes : ut vi- gi- lémus cum Christo, et requi- escámus




in pa- ce.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

VISITA, quaésumus Dómine, habitatiónem istam, et omnes insídias inimíci ab ea longe repélle : † Angeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; et benedíctio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.




℣. Be-ne-di-cámus Dómi-no. ℟. De- o grá-ti- as.


Benedictio *(recta sed gravi et protracta voce).*

Benedícat et custódiat nos omnípotens et miséricors Dóminus, Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus. ℟. Amen.

Ant. I.




SAL- VE * Re- gí- na, ma-ter mi- se-ri-córdi- ae :



Vi- ta, dul-cé- do, et spes nostra, sal- ve. Ad te



clamá- mus, éxsu-les, fí- li- i Hevae. Ad te suspi-rá-



℣. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.
℟. Ut digni efficiámur promissiónibus Christi.

Orémus. *Oratio.*


OMNIPOTENS sempitérne Deus, qui gloriósae Vírginis Matris Maríae corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum éffici mererétur, Spíritu Sancto cooperánte praeparásti : † da, ut cuius commemoratióne laetámur, * eius pia intercessióne ab instántibus malis et a morte perpétua liberémur. Per eúmdem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

℣. Divínum auxílium máneat semper nobíscum. ℟. Amen.

(Hic ℣. dicitur voce recta et paululum depressa).
Deinde dicitur secreto : Pater noster, Ave María *et* Credo.

Tonus simplex.


5.




AD MATUTINUM.

Pater. Ave. Credo.

I. *Tonus antiquus Ordinis.*



℣. DOMI-NE lá-bi- a me- a a-pé-ri- es. ℟. Et os mé- um annun-




ti- á-bit laudem tu- am. Deus in adiutórium. I. 1.

II. *Vel etiam :*



℣. DOMI-NE lá-bi- a mé- a a-pé-ri- es. ℟. Et os mé- um annun-



ti- á-bit laudem tu- am. Deus in adiutórium. II. 2.

Invitatorium.

2.



R E-GI, quae fe- cit ó-pe-ra, Christo confi- te- án-




tur: * Cu-ius in sancto vúlne-ra Francí- sco re-no-vántur.
Repetitur : Regi.




Ps. 94. VE-NI-TE, exsultémus Dómi-no, iu-bi-lémus De- o sa-


lu-tá-ri nostro : prae-occu-pémus fá-ci- em e-ius in confes-
si- ó- ne, et in psalmis iu-bi-lémus e- i. Regi.
Quó-ni- am De- us magnus Dómi-nus, et Rex magnus su-
per omnes de- os : quó-ni- am non re-pél-let Dómi-nus ple-
bem su- am, qui- a in ma-nu e-ius sunt omnes fi-nes ter-
rae, et al-ti-tú-di-nes mónti- um ipse cónspi- cit. * Cuius.
Quó-ni- am ipsí- us est ma-re, et ipse fe-cit il-lud, et
á-ri-dam funda-vé-runt manus e- ius : ve-ní-te, ad-o-rémus,
et pro-ci-dámus ante De- um : plo-rémus co-ram Dómi-no,



qui fe-cit nos, qui- a ipse est Dómi-nus De- us no-ster : nos
autem pó-pu-lus e-ius, et o-ves páscu- ae e- ius. Regi.
Hó-di- e, si vo-cem e-ius audi- é-ri- tis, no- lí- te obdu-
rá-re corda vestra, sic-ut in ex-a-cerba-ti- ó-ne se-cúndum
di- em tenta-ti- ó-nis in de-sérto : u-bi tentavé-runt me pa-
tres ve-stri, pro-ba-vé-runt et vi-dé-runt ó-pe- ra me- a.
* Cuius.
Quadra-gínta annis pró-ximus fu- i ge-ne-ra- ti- ó-ni
hu- ic, et di-xi : Semper hi errant cor-de; ipsi ve-ro
non cogno-vé-runt vi- as me- as : qui-bus iu-rá-vi in i-ra




me- a : Si intro- í-bunt in réqui- em me- am. Regi.



Gló- ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.



Sic-ut e-rat in princí-pi- o, et nunc, et semper, et in



saécu-la saecu-ló-rum. A- men. * Cuius


Repetitur : Regi, quae fecit.

Hymnus.


2.




I n cae- lé- sti col- lé-gi- o No- vus col-lé- ga có-
2. Fran-cí-scus flo- rens grá-ti- a, Forma factus hu- mí-



1. li-tur : In Sanctó-rum ro- sá-ri- o Novél- lus flos pro-dú-
2. li- um, Lae-tus po-tí- tur gló-ri- a, Sortis con-sors sub-lí-




1. ci-tur. 3. Me- tit de sparso sémi-ne Plenae messis ma-
2. mi- um. 4. Hic car-nis super-cí- li- um Le-gi subié- cit




3. ní-pu-lum, Fal- lens sub ter- rae tégmi-ne Nostrae sa- lú-
4. spí- ri-tus ; Mundum vi- cit et ví- ti- um, Se vi-cto vi-



3. tis aé-mu lum. 5. Linguae má- nus prae- ámbu-la Verbo
4. ctor íncly-tus. 6. In pau-per-tá- tis praé- di- o Mi-nó-




5. pa- rá-vit sémi-tam, Et ample-ctún-tur saécu-la Doctrí-
6. rum plantans ví-ne- am O-stén- dit ma- gi- sté-ri- o Vi-tae



5. nam facto pró-di-tam. 7. Ad ae- tér-nas di- ví- ti- as Tur-
6. vi- véndi lí-ne- am. 8. Vi- ta doctrí- na spléndu- it; Re-



7. bam al-lé- xit páupe-rum, Quos ad caeli de- lí-
8. splén- det et mi- rá-cu-lis : Sic praé- fu- it, quod pró-



7. ci- as Lingua vo-cá-vit ó-pe-rum. 9. Summi Re-gis pa-
8. fu- it Vi- va lu-cérna pó-pu-lis. 10. De té- ne-bris mi-




9. lá-ti- o, Do-ctor, lo- ca di- scí-pu-los; Sa-lú- tis pri- vi-
10. sé-ri-ae, Sequá- ces stellae praévi-ae, Quaerámus Pa- trem




9. lé-gi- o Chri-sti prae-mú-ni fámu-los.
10. grá-ti-ae, Consór- tes tandem gló- ri-ae. A-men.

IN I NOCTURNO.


Ant. I. D 2




Hic vir, * de va-ni- tá-ti-bus Dum có-gi-tat fre-




quénter, Di-ví-nis cha-rismá- ti-bus Praevéntus est cle-




mén-ter.



Ps. 1. BEATUS vir, qui non ábi- it in consí-li- o impi- ó-



rum, † et in vi- a pecca-**tó**rum non **sté**- tit, * et in cá-



thedra pesti-lénti-*ae non* **se**-dit.

2. Sed in lege Dómini vo**lún**tas **e**ius, * et in lege eius meditábitur di*e ac* **no**cte.

3. Et erit tamquam lignum, quod plantátum est secus de**cúr**sus a**quá**rum, * quod fructum suum dabit in tém*pore* **su**o :

4. Et fólium **e**ius non **dé**fluet : * et ómnia quaecúmque fáciet, pro*spera***bún**tur.

5. Non sic **ím**pii, **non** sic : * sed tamquam pulvis, quem próiicit ventus a fá*cie* **ter**rae.


6. Ideo non resúrgent ímpii **in** iu**dí**cio : * neque peccatóres in concíli*o iu***stó**rum.

7. Quóniam novit Dóminus **vi**am iu**stó**rum : * et iter ímpió*rum perí*bit.

8. Glória **Pá**tri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **Sa**ncto.

9. Sicut erat in princípio, et **nunc,** et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum*. **A**men.


Ant. 2. D




Excélsi dextrae grá- ti- a * In di- es confor-tá-



tus, Caeli suspí- rat praémi- a, Quae tenet nunc be- á- tus.



Ps. 2. Quare fremu- é-runt **gen**- tes : * et pópu- li medi-



tá-ti sunt *in***á**ni- a.

2. Astitérunt reges terrae, et príncipes convenérunt in **u**num : * advérsus Dóminus, et advérsus Chri*stum* **e**ius.

3. Dirumpámus víncula e**ó**rum : * et proiiciámus a nobis iugum *i***psó**rum.

4. Qui hábitat in caelis irridébit **e**os : * et Dóminus subsanná*bit* **e**os.

5. Tunc loquétur ad eos in ira **su**a : * et in furóre suo conturbá*bit* **e**os.

6. Ego autem constitútus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum **e**ius, * praédicans praecé*ptum* **e**ius.

7. Dóminus dixit **ad** me : * Fílius meus es tu, ego hódie gé*nu***i** te.

8. Póstula a me, et dabo tíbi gentes haereditátem **tu**am, * et possessiónem tuam térmi*nos* **ter**rae.

9. Reges eos in virga **fér**rea, * et tamquam vas fíguli confrín*ges* **e**os.

10. Et nunc, reges, intel**lí**gite : * erudímini qui iudicá*tis* **ter**ram.

11. Servíte Dómino in ti**mó**re : * et exsultáte ei cum *tre***mó**re.

12. Apprehéndite disciplínam, nequándo irascátur **Dó**minus, * et pereátis de vi*a* **iu**sta.

13. Cum exárserit in brevi ira **e**ius, * beáti omnes, qui confídunt *in* **e**o.

14. Glória Pátri, et **Fí**lio, * et Spirítu*i* **San**cto.

15. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in saécula saeculó*rum*. **A**men.


Ant. 3. a 2




E - DOCTUS au-tem caé-li-tus * Per vi-sum, per lan-



guó-res; Mundi contémnit pé-ni- tus Thesáuros et hó-no-res.



Ps. 3. DOMINE quid multipli-cá-ti sunt qui **trí**- bu- **lant**



me? * Multi insúr*gunt ad***vér**sum me.

2. Multi dicunt **á**nimae **me**ae : * Non est salus ipsi in *Deo* **e**ius.

3. Tu autem, Dómine, sus**cé**ptor **meus** es, * glória mea, et exáltans *caput* **me**um.

4. Voce mea ad Dómi**num** cla**má**vi : * et exaudívit me de monte *sancto* **su**o.

5. Ego dormívi, et **so**po**rátus** sum : * et exsurréxi, quia Dómi*nus sus***cé**pit me.


6. Non timébo míllia pópuli **cir**cum**dántis** me : * exsúrge, Dómine, salvum me fac, *Deus* **me**us.

7. Quóniam tu percussísti omnes adversántes mihi **si**ne **cau**sa : * dentes peccatórum *contri***ví**sti.

8. Dómi**ni** est **sa**lus : * et super pópulum tuum benedí*ctio* **tu**a.

9. Glória **Pa**tri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

10. Sicut erat in princípio, et **nunc,** et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.



℣. Pó-su- it me si- bi De- us quasi in signum.
℟. Circúmde- dit me lán-ce- is su- is.

Pater noster, *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

Absolutio.

Exaudi, Dómine Jesu Christe, preces servórum tuórum, † et miserére nobis : * Qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

Lector : Iube, domne, benedícere.


Benedictio : Benedictióne perpétua * benedícat nos Pater aetérnus. ℟. Amen.

De Epístola beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas.

Lectio i. *Cap. 5, 25-26; 6, 1-8.*

Si spíritu vívimus, spíritu et ambulémus. Non efficiámur inánis glóriae cúpidi; * ínvicem provocántes, ínvicem invidéntes. Fratres, etsi praeoccupátus fúerit homo in áliquo delícto, † vos, qui spirituáles estis, huiúsmodi instrúite in spíritu lenitátis; * consíderans teípsum, ne et tu tentéris. Alter altérius ónera portáte; * et sic adimplébitis legem Christi. Nam si quis exístimat se áliquid esse, * cum nihil sit, ipse se sedúcit. Opus autem suum probet unusquísque, † et sic in semetípso tantum glóriam habébit, *

et non in áltero. Unusquísque enim onus suum portábit. Commúnicet autem is, qui catechizátur verbo, * ei qui se catechízat in ómnibus bonis. Tu autem, Dómine, * miserére nobis. ℟. Deo grátias.



Lector : Iube, domne, benedícere.

Benedictio : Unigénitus Dei Fílius * nos benedícere et adiuváre dignétur. ℟. Amen.

Lectio ii.

NOLITE erráre : Deus non irridétur. Quae enim semináverit homo, haec et metet. Quóniam qui séminat in carne sua, † de carne et metet corruptiónem ; * qui autem séminat in spíritu, de

spíritu metet vitam aetérnam. Bonum autem faciéntes, non deficiámus : * témpore enim suo metémus, non deficiéntes. Ergo dum tempus habémus, operémur bonum ad omnes, * máxime autem ad domésticos fídei. Vidéte quálibus lítteris scripsi vobis mea manu. Quicúmque enim volunt placére in carne, † hi cogunt vos circumcídi, * tantum ut crucis Christi persecutiónem non patiántur. Neque enim qui circumcidúntur, legem custódiunt : † sed volunt vos circumcídi, * ut in carne vestra gloriéntur. Tu autem, Dómine, * miserére nobis. ℟. Deo grátias.



* Quae gra-vi.


Lector : Iube, domne, benedícere.

Benedictio : Spíritus Sancti grátia * illúminet sensus et corda nostra. ℟. Amen.

Lectio iii.

Mihi autem absit gloriári, † nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi, * per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo. In Christo enim Iesu neque circumcísio áliquid valet, neque praepútium, * sed nova creatúra. Et quicúmque hanc régulam secúti fúerint, * pax super illos et misericórdia et super Israel Dei. De cétero nemo mihi moléstus sit; * ego enim stígmata Dómini Iesu in córpore meo porto. Grátia Dómini nostri Iesu Christi * cum spíritu vestro, fratres. Amen. Tu autem Dómine, * miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Resp. 3.



IN II NOCTURNO.


1. Ant. 4. E




P ERTRACTUM * domi vérbe- rat Plus cunctis fu- rens




pa- ter; Obiúrgans vin-cit, cár-ce-rat : Quem furtim solvit




ma- ter.



Ps. 4. CUM invocá-rem, exaudí-vit me De- us iustí-*ti-ae*



me- ae : * in tribu-la-ti- óne di-*la-tásti* **mi**- hi.



Flexa : iustí-ti-ae,

2. Mise*ré*re **mei**, * et exáudi ora*tiónem* **me**am.

3. Fílii hóminum, úsquequo *gravi* **cor**de? * ut quid dilígitis vanitátem, et quaé*ritis men***dáci**um?

4. Et scitóte quóniam mirificávit Dóminus *sanctum* **su**um : * Dóminus exáudiet me, cum clamá*vero ad* **e**um.

5. Irascímini, et nolí*te pec***cá**re : * quae dícitis in córdibus vestris, in cubílibus ve*stris compun***gími**ni.

6. Sacrificáte sacrifícium iustítiae, † et sperá*te in* **Dó**mino. * Multi dicunt : Quis ostén*dit nobis* **bo**na?

7. Signátum est super nos lumen vultus *tui*, **Dó**mine : * dedísti laetítiam *in corde* **me**o.

8. A fructu fruménti, vini et *ólei* **sui** * *multipli***cáti** sunt.


9. In pace *in id***í**psum * dórmiam, *et requi***é**scam :

10. Quóniam tu, Dómine, singul*áriter* **in** spe * *consti-tu***ísti** me.


11. Glória Pa*tri*, *et* **Fí**lio, * et Spi*rítui* **San**cto.


12. Sicut erat in princípio, et *nunc*, *et* **sem**per, * et in saécula sae*culórum*. **A**men.

2. Ant.
5. a









2. Inténde voci oratiónis **me**ae, * Rex meus, et **De**us **me**us.

3. Quóniam ad te o**rá**bo; * Dómine, mane exáudies **vo**cem **me**am.

4. Mane astábo tibi, et vi**dé**bo : * quóniam non Deus volens iniqui**tá**tem **tu** es.

5. Neque habitávit iuxta te malígnus : * neque permanébunt iniústi ante **ó**culos **tu**os.

6. Odísti omnes, qui operántur iniquitátem : * perdes omnes, qui loquúntur mendácium.

7. Virum sánguinum, et dolósum abominábitur Dóminus : * ego autem in multitúdine misericórdiae tuae.

8. Introíbo in domum tuam : * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

9. Dómine, deduc me in iustítia tua : * propter inimícos meos dírige in conspéctu tuo viam meam.

10. Quóniam non est in ore eórum véritas : * cor eórum vanum est.

11. Sepúlchrum patens est guttur eórum, † linguis suis dolóse agébant : * iúdica illos, Deus.

12. Décidant a cogitatiónibus suis, † secúndum multitúdinem impietátum eórum expélle eos : * quóniam irritavérunt te, Dómine.

13. Et laeténtur omnes, qui sperant in te, * in aetérnum exsultábunt : et habitábis in eis.


14. Et gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum, * quóniam tu benedíces iusto.

15. Dómine, ut scuto bonae voluntátis tuae * coronásti nos.


16. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

17. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.


3. Ant.
6. F




D UCTUS ad lo- ci praé- su-lem, *Su- a patri re- sí-



gnat; Nudúsque ma-nens, éxsu-lem In mundo se de- sígnat.



Ps. 6. DOMINE, Dómi*nus* no- ster,* quam admi-rábi-le est



nomen tu-um in uni-*vérsa* **ter**- ra. *Flexa :* Ange-lis.

2. Quóniam eleváta est magnificénti*a* **tu**a, * *super* **cae**los.

3. Ex ore infántium et lacténtium perfecísti laudem propter inimí*cos* **tu**os, * ut déstruas inimícum *et ul***tó**rem.

4. Quóniam vidébo caelos tuos, ópera digitórum *tu***ó**rum : * lunam et stellas, quae *tu fun***dá**sti.

5. Quid est homo, quod memor *es* **e**ius? * aut fílius hóminis, quóniam ví*sitas* **e**um?

6. Minuísti eum paulo minus ab Angelis, † glória et honóre coroná*sti* **e**um : * et constituísti eum super ópera mánu*um tu***á**rum.


7. Omnia subiecísti sub pédi*bus* **e**ius, * oves et boves univérsas : ínsuper et pé*cora* **cam**pi.

8. Volúcres caeli, et pi*sces* **ma**ris, * qui perámbulant sé*mitas* **ma**ris.

9. Dómine Dómi*nus* **no**ster, * quam admirábile est nomen tuum in uni*vérsa* **ter**ra!

10. Glória Patri, *et* **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

11. Sicut erat in princípio, et nunc, *et* **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.



℣. Sa- gíttae tu-ae, Dómi-ne, infíxae sunt mi-hi.
℟. Et confirmásti super me manum tu- am.

Pater noster, *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

Absolutio.

Ipsius píetas et misericórdia nos ádiuvet, * qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat in saécula saeculórum. ℟. Amen.

Lector : Iube, domne, benedícere.


Benedictio : Deus Pater omnípotens * sit nobis propítius et clemens. ℟. Amen.


Ex Commentáriis sancti Bonaventúrae Epíscopi

Legenda maior S. Francisci. In Prologo, n. 1-2.

Lectio iv.

APPARUIT grátia Dei Salvatóris nostri diébus istis novíssimis, † in servo suo Francísco ómnibus vere humílibus et sanctae paupertátis amícis, * qui superaffluéntem in eo Dei misericórdiam venerántes, † ipsíus erudiúntur exémplo impietátem et saeculária desidéria fúnditus abnegáre, * Christo confórmiter vívere et ad beátam spem desidério indefésso sitíre. In ipsum namque, ut vere paupérculum et contrítum, † tanta Deus excélsus benignitátis condescensióne respéxit, * quod non solum de mundiális conversatiónis púlvere suscitávit egénum, † verum etiam evangélicae perfectiónis professórem, ducem atque praecónem efféctum, in lucem dedit credéntium, * ut, testimónium perhibéndo de lúmine, viam lucis et pacis ad corda fidélium Dómino praeparáret. Hic étenim, quasi stella matutína in médio nébulae, † claris vitae micans et doctrínae fulgóribus, * sedéntes in ténebris et umbra mortis irradiatióne praefúlgida diréxit in lucem. Tu autem, Dómine, * miserére nobis. ℟. Deo grátias.






Lector : Ĭube, domne, benedícere.

Benedictio : Christus perpétuae * det nobis gáudia vitae. ℟. Amen.

Lectio v.

PRIMUM supérnae grátiae praevéntus donis, dehinc virtútis invíctae adáuctus méritis, † prophetáli quoque replétus spíritu, necnon et angélico deputátus offício, * incendióque seráphico totus ignítus, et ut vir hierárchicus curru ígneo sursum vectus, † sicut ex ipsíus vitae decúrsu luculénter appáret, * rationabíliter comprobátur venísse in spíritu et virtúte Elíae. Ideóque altérius amíci Sponsi, Apóstoli et Evangelístae Ioánnis vaticinatióne verídica, † sub similitúdine Angeli ascendéntis ab ortu solis signúmque Dei vivi habéntis * adstrúitur non immérito designátus. Sub apertióne namque sexti sigílli : † Vidi; ait Ioánnes in Apocalýpsi, álterum Angelum ascendéntem ab ortu solis, * habéntem signum Dei vivi. Tu autem, Dómine, * miserére nobis. ℟. Deo grátias.

Resp. 5.







qui- o, Quos án- te- a de-



spé- xit. ℣. Sub ty-po tri- um ór-di- num,



Tres, nu- tu De- i praévi- o, Ecclé- si- as e- ré- xit.



* Lepró- sis.

Lector : Iube, domne, benedícere.

Benedictio : Ignem sui amóris * accéndat Deus in córdibus nostris. ℟. Amen.

Lectio vi.

HUNC Dei núntium, amábilem Christo, imitábilem nobis et admirábilem mundo * servum Dei fuísse Franciscum indubitábili fide collígimus, † si culmen in eo exímiae sanctitátis advértimus, qua inter hómines vivens, imitátor fuit puritátis angélicae, * qua et pósitus est perféctis Christi sectatóribus in exémplum. Ad quod quidem fidéliter sentiéndum et pie, † non solum indúcit offícium quod hábuit vocándi ad fletum et planctum, calvítium et cíngulum sacci, * signandíque Thau super frontes virórum geméntium et doléntium signo poenitentiális crucis et hábitus cruci confórmis. Verum étiam irrefragábili veritátis testificatióne confírmat signáculum similitúdinis Dei vivéntis, Christi vidélicet crucifíxi, † quod in córpore ipsíus fuit impréssum, non per natúrae virtútem vel ingénium artis, * sed pótius per admirándam poténtiam Spíritus Dei vivi. Tu autem, Dómine, * miserére nobis. ℟. Deo grátias.


Resp. 6.




AUDIT * in Evangé- li- o Quae su- is Chri-




IN III NOCTURNO.






Ps. 14. Do-MINE, quis habi-tábit in ta-ber**ná**- cu-lo



tu- o? * Aut quis requi- éscet in monte **san**-cto



tu- o? Qui fa-cit haec.

2. Qui ingréditur **s**ine **má**cula, * et ope**rá**tur iu**stí**tiam.

3. Qui lóquitur veritátem in **cor**de **su**o, * qui non egit dolum in **lin**gua **su**a :

4. Nec fecit próximo **su**o **ma**lum, * et oppróbrium non accépit advérsus **pró**ximos **su**os.

5. Ad níhilum dedúctus est in conspéctu **e**ius malí-gnus : * timéntes autem Dómi**num** gloríficat.

6. Qui iurat próximo suo, **et** non **dé**cipit, * qui pecúniam suam non dedit ad usúram, et múnera super innocéntem **non** ac**cé**pit.

7. **Qui fa**cit haec, * non movébitur **in** ae**tér**num.


8. Glória **Pa**tri, et **Fí**lio, * et Spi**rí**tui **San**cto.

9. Sicut erat in princípio, et **nunc,** et **sem**per, * et in saécula saecu**ló**rum. **A**men.


2. Ant. 8. G




P A-CEM, sa-lú- tem nún-ti- at * In Spí-ri-tus virtú-



te, Veráe-que pa- ci só-ci- at Longínquos a sa- lú- te.



Ps. 20. DOMINE, in virtú-te tu-a laetábi-**tur** rex : * et



super sa-lu-tá-re tu-um exsultábit *vehe***mén**-ter.

2. Desidérium cordis eius tribuísti **ei** : * et voluntáte labiórum eius non frau*dásti* **e**um.

3. Quóniam praevenísti eum in benedictiónibus dul**cé**dinis : * posuísti in cápite eius corónam de lápide *preti***ó**so.

4. Vitam pétiit **a** te : * et tribuísti ei longitúdinem diérum in saéculum, et in saé*culum* **saé**culi.

5. Magna est glória eius in salutári **tu**o : * glóriam et magnum decórem impónes *super* **e**um.

6. Quóniam dabis eum in benedictiónem in saéculum **saé**culi : * laetificábis eum in gáudio cum *vultu* **tu**o.

7. Quóniam rex sperat in **Dó**mino : * et in misericórdia Altíssimi non *commo***vé**bitur.

8. Inveniátur manus tua ómnibus inimícis **tu**is : * déxtera tua invéniat omnes, qui *te o***dé**runt.

9. Pones eos ut clíbanum ignis in témpore vultus **tu**i : * Dóminus in ira sua conturbábit eos, et devorábit *eos*, **i**gnis.

10. Fructum eórum de terra **per**des : * et semen eórum a fí*liis* **hó**minum.

11. Quóniam declinavérunt in te **ma**la : * cogitavérunt consília, quae non potuérunt *stabi***lí**re.

12. Quóniam pones eos **dor**sum : * in relíquiis tuis praeparábis vul*tum e***ó**rum.

13. Exaltáre Dómine in virtúte **tu**a : * cantábimus et psallémus vir*tútes* **tu**as.


14. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

15. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.


3. Ant. I. f




UT novis sancti mé-ri-ta * Re- mune-rántur na- tis,




His nova tra-dit mó-ni-ta, Vi- am sim-pli- ci- tá- tis.



Ps. 23. DO-MI-NI est terra, et pleni- tú- do e- ius: *



orbis terrá-rum, et univér-si qui hábi-*tant in* e- o.



Flexa : vestras, †

2. Quia ipse super mária fundávit eum : * et super flúmina praepa*rávit* eum.

3. Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco *sancto* eius?

4. Innocens mánibus, et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec iurávit in dolo pró*ximo* suo.

5. Hic accípiet benedictiónem a Dómino : * et misericórdiam a Deo salu*tári* suo.

6. Haec est generátio quaeréntium eum, * quaeréntium fáciem *Dei* Iacob.

7. Attóllite, portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portae aeternáles : * et intro*íbit Rex* glóriae.


8. Quis est iste Rex glóriae? * Dóminus fortis et potens, Dóminus pot*ens in* praélio.

9. Attóllite, portas, príncipes, vestras, † et elevámini, portae **ae**ter**ná**les : * et intro*íbit Rex* **gló**riae.

10. Quis est **i**ste Rex **gló**riae ? * Dóminus virtútum ipse *est Rex* **gló**riae.

11. Glória **Pa**tri, et **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

12. Sicut erat in princípio, et **nunc,** et **sem**per, * et in saécula saecu*lórum*. **A**men.



℣. Manus meae stillavérunt myrrham.
℟. Et dígiti mei pleni myrrha probatís-si- ma.

Pater noster, *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
℟. Sed líbera nos a malo.

Absolutio.

A vínculis peccatórum nostrórum * absólvat nos omnípotens et misericors Dóminus. ℟. Amen.

Lector : Iube, domne, benedícere.

Bened. : Evangélica léctio * sit nobis salus et protéctio. ℟. Amen.

Léctio sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

Lectio vii. *Cap. 11, 25-30.*


In illo témpore : Respóndens Iesus dixit : † Confíteor tibi, Pater, Dómine caeli et terrae, * quia abscondísti haec a sapiéntibus, et revelásti ea párvulis. Et réliqua.

Homilía sancti Bernardíni Senénsis.

Sermo 3. de Stigmatibus B. Francisci, art. 1. cap. 2.

Dominus dedit beáto Franciséo sapiéntiam interiórem. Proinde dícere póterat Franciscus illud Matthaéi undécimo et Lucae décimo : † Confíteor tibi, Pater, Dómine caeli et terrae, * quia abscondísti haec a sapiéntibus et prudéntibus, et revelásti ea párvulis. Ita, Pater, quóniam sic fuit plácitum ante te. Ait enim : † Confíteor tibi, Pater, scílicet per immaculátas laudes et gratiárum actiónes, Dómine caeli et terrae, * quia abscondísti haec a sapiéntibus et prudéntibus, scílicet huius mundi. Unde, primae

ad Corínthios primo : * Stultam fecit Dóminus Deus sapiéntiam huius mundi. Súmitur autem sapiéntia in cognoscéndis, et prudéntia in agéndis; † Ieremíae quarto : Sapiéntes sunt ut fáciant mala, * bene autem fácere nesciérunt. Tu autem, Dómine, * miserére nobis. ℟. Deo grátias.




Lector : Iube, domne, benedícere.


Benedictio : Cuius festum cólimus, * ipse intercédat pro nobis ad Dóminum. ℟. Amen.

Lectio viii.

Est autem triplex sapiéntia huius mundi, de qua Iacóbi tértio : † Non est ista sapiéntia desúrsum descéndens, * sed terréna, animális, diabólica. Terréna, ut in cúpidis et in aváris; † animális, ut in voluptuósis et luxuriósis; * diabólica, ut in supérbis et elátis. A tálibus enim omníno abscóndita est sapiéntia Dei. Proínde Iob,

vigésimo octávo, ait : † Non invenítur in terra suáviter vivéntium, quoad voluptuósos; * abýssus, scílicet avarórum, dicit : Non est in me; † et mare, scílicet superbórum, lóquitur : * Non est mecum. Item : Abscondísti haec a sapiéntibus, qui scílicet sese réputant sapiéntes atque prudéntes; † Romanórum primo : * Dicéntes se esse sapiéntes, stulti facti sunt. Et revelásti ea párvulis, id est humílibus. Non tamen exclúdit acúmen ingénii, * sed damnat tumórem supercílii. Tu autem, Dómine, * miserére nobis. ℟. Deo grátias.





Lector : Iube, domne, benedícere.


Benedictio : Ad societátem cívium supernórum * perdúcat nos Rex angelórum. ℟. Amen.

Lectio ix.

Tria síquidem sunt in párvulo máxime necessária ad sapiéntiam, † quae fuérunt in beáto Francísco, * unde scílicet hanc sapiéntiam adéptus est. Haec sunt humílitas, púritas et credúlitas seu persuasibílitas; * quae sunt quasi tres sapiéntiae claves. Humílitas, † quia ubi humílitas est, ibi sapiéntia adest; * Proverbiórum undécimo. Púritas, † quia in malévolam ánimam non introíbit sapiéntia, nec habitábit in córpore subiécto peccátis; * Sapiéntiae primo. Credúlitas, † quia opórtet addiscéntem credére; * Isaíae séptimo : Nisi credidéritis, non intelligétis; * secúndum áliam translatiónem. Et addit : Ita, Pater, * quóniam sic fuit plácitum ante te. Ad lítteram ait Glossa : † Non reddit Dóminus ratiónem cur hos elégerit, illos vero reprobáverit, sed sic Deo plácitum dicit; * in quo accípimus exémplum humilitátis, ne témere discutiámus de supérnis consíliis. Quae ómnia fuérunt in beáto Francísco. Tu autem, Dómine, * miserére nobis. ℟. Deo grátias.

TE DEUM LAUDAMUS.

Hymnus (iuxta morem Romanum).




imménsae ma-iestá- tis: Ve-ne-rándum tu- um ve- rum, et ú-ni-
cum Fí- li- um : Sanctum quoque Pa-rá-cli-tum Spí-ri-tum.
Tu Rex gló- ri- ae, Chri-ste. Tu Patris sempi-térnus es Fí-
li- us. Tu ad li-be-rándum susceptú-rus hómi-nem, non horru-
ísti Vírgi-nis ú- te-rum. Tu de-více mortis a-cú-le- o, ape-
ru- ísti cre-déntibus regna cae-ló-rum. Tu ad déxte-ram De- i
se- des, in gló-ri- a Pa-tris. Iu-dex cré-de-ris esse ventú-
rus. Te ergo quaésumus, tu- is fámu-lis súbve-ni, quos pre-
ti- ó-so Sánguine red-emí-sti. Aetérna fac cum sanctis


tu- is in glóri- a nume-rá- ri. Salvum fac pó-pu-lum tu- um
Dómi-ne, et béne-dic he-re- di-tá-ti tu- ae. Et re-ge
e- os, et extól-le il-los usque in aetér- num. Per síngu-
los di- es, be-ne- dí-cimus te. Et laudámus nomen tu- um in
saécu-lum, et in saécu-lum saécu-li. Digná-re Dómi-ne di- e
i- sto si-ne peccá-to nos custo-dí- re. Mi-se-ré-re nostri, Dó-
mi-ne, mi-se- ré-re nostri. Fi- at mi-se-ri-córdi- a tu- a Dó-
mi-ne su-per nos, quemádmo-dum spe-rá- vimus in te. In
te Dó-mi-ne spe-rá- vi : non confúndar in aetér- num.

AD LAUDES.

Deus in adiutórium. *ut supra*, 1 *vel* 2.

Ant. Sanctus Franciscus praéviis. *cum reliquis ut in II. Vesp.*, 87.

Psalmus 92.

DOMINUS regnávit, decórem indútus est : * indútus est Dóminus fortitúdinem, et *prae*cínxit se.

2. Etenim firmávit orbem terrae, * qui non com*mo*vébitur.

3. Paráta sedes tua ex tunc : * a saécu*lo* tu es.

4. Elevavérunt flúmina, Dómine : * elevavérunt flúmina vo*cem* suam.

5. Elevavérunt flúmina fluctus suos, * a vócibus aquárum *mul*tárum.

6. Mirábiles elatiónes maris, * mirábilis in al*tis* Dóminus.

7. Testimónia tua credibília facta sunt nimis : * domum tuam decet sanctitúdo, Dómine, in longitúdinem *di*érum.

8. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítu*i* Sancto.

9. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

Psalmus 99.

IUBILATE Deo omnis terra : * servíte Dómino in *lae*títia.

2. Introíte in conspéctu eius, * in exsulta*ti*óne.

3. Scitóte quóniam Dóminus ipse est Deus : * ipse fecit nos, et *non* ipsi nos.

4. Pópulus eius, et oves páscuae eius : * introíte portas eius in confessióne, átria eius in hymnis : confitémi*ni* illi.

5. Laudáte nomen eius : quóniam suávis est Dóminus, † in aetérnum misericórdia eius, * et usque in generatiónem et generatiónem véri*tas* eius.

6. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítu*i* Sancto.

7. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

Psalmus 62.

DEUS *Deus* meus * ad te *de luce* vígilo.
2. Sitívit in te á*nima* mea, * quam multiplíciter ti*bi* *caro* mea.

3. In terra desérta, et ínvia, et *ina*quósa : * sic in sancto appárui tibi, ut vidérem virtútem tuam, et *glóriam* tuam.

4. Quóniam mélior est misericórdia tua *super* vitas : * lábia *mea lau*dábunt te.

5. Sic benedícam te in *vita* mea : * et in nómine tuo levá*bo manus* meas.

6. Sicut ádipe et pinguédine repleátur á*nima* mea : * et lábiis exsultatiónis lau*dábit os* meum.

7. Si memor fui tui super stratum meum, † in matutínis medi*tábor* in te : * quia fuísti *adiútor* meus.

8. Et in velaménto alárum tuárum exsultábo, † adhaésit ánima *mea* post te : * me suscépit *déxtera* tua.

9. Ipsi vero in vanum quaesiérunt ánimam meam, † introíbunt in inferi*óra* terrae : * tradéntur in manus gládii, partes *vúlpium* erunt.

10. Rex vero laetábitur in Deo, † laudabúntur omnes qui iu*rant in* eo : * quia obstrúctum est os loquén*tium in*íqua.

11. Glória Pa*tri, et* Fílio, * et Spi*rítui* Sancto.

12. Sicut erat in princípio, et *nunc, et* semper, * et in saécula sae*culórum.* Amen.

Canticum trium puerorum. *Dan. 3, 57.*

BENEDICITE, ómnia ópera Dómini, Dómino : * laudáte, et superexaltáte eum in saécula.

2. Benedícite, Angeli Dómini, Dómino : * benedícite, caeli Dómino.

3. Benedícite aquae omnes, quae super caelos sunt, Dómino : * benedícite omnes virtútes Dómini Dómino.

4. Benedícite sol, et luna Dómino : * benedícite stellae caeli Dómino.

5. Benedícite omnis imber, et ros Dómino : * benedícite omnes spíritus Dei Dómino.

6. Benedícite ignis, et aestus Dómino : * benedícite frigus, et aestus Dómino.

7. Benedícite rores, et pruína Dómino : * benedícite gelu, et frigus Dómino.

8. Benedícite glácies, et nives Dómino : * benedícite noctes, et dies Dómino.

9. Benedícite lux, et ténebrae Dómino : * benedícite fúlgura, et nubes Dómino.

10. Benedícat terra Dóminum : * laudet, et superexáltet eum in saécula.

11. Benedícite montes, et colles Dómino : * benedícite univérsa germinántia in terra Dómino.

12. Benedícite fontes Dómino : * benedícite mária, et flúmina Dómino.

13. Benedícite cete, et ómnia, quae movéntur in aquis, Dómino : * benedícite omnes vólucres caeli Dómino.

14. Benedícite omnes béstiae, et pécora Dómino : * benedícite fílii hóminum Dómino.

15. Benedícat Israel Dóminum : * laudet et superexáltet eum in saécula.

16. Benedícite sacerdótes Dómini Dómino : * benedícite servi Dómini Dómino.

17. Benedícite spíritus, et ánimae iustórum Dómino : * benedícite sancti, et húmiles corde Dómino.

18. Benedícite Anánia, Azaría, Mísael Dómino : * laudáte et superexaltáte eum in saécula.

19. Benedicámus Patrem et Fílium cum sancto Spíritu : * laudémus et superexaltémus eum in saécula.

20. Benedíctus es Dómine in firmaménto caeli : * et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in saécula.

Psalmus 98.

LAUDATE Dóminum *de* caelis : * laudá eum *in ex*célsis.
2. Laudáte eum omnes Ange*li* eius : * laudáte eum omnes vir*tútes* eius.

3. Laudáte eum sol *et* luna : * laudáte eum omnes stel*lae et* lumen.

4. Laudáte eum caeli *cae*lórum : * et aquae omnes, quae super caelos sunt, laudent *nomen* Dómini.

5. Quia ipse dixit, *et* facta sunt : * ipse mandávit, *et cre*áta sunt.

6. Státuit ea in aetérnum, et in saécu*lum* saéculi : * praecéptum pósuit, et non *praeter*íbit.

7. Laudáte Dóminum *de* terra, * dracónes, et o*mnes a*býssi.

8. Ignis, grando, nix, glácies, spíritus pro*cel*lárum : * quae fáciunt *verbum* eius.

9. Montes, et o*mnes* colles : * ligna fructífera, et *omnes* cedri.

10. Béstiae, et univér*sa* pécora : * serpéntes, et vólu*cres pen*nátae :

11. Reges terrae, et o*mnes* pópuli : * príncipes, et omnes iú*dices* terrae.

12. Iúvenes, et vírgines : † senes cum iunióribus laudent no*men* Dómini : * quia exaltátum est nomen e*ius so*líus.

13. Conféssio eius super caelum, *et* terram : * et exaltávit cornu pó*puli* sui.

14. Hymnus ómnibus san*ctis* eius : * fíliis Israel, pópulo appropin*quánti* sibi.

15. Glória Patri, *et* Fílio, * et Spíri*tui* Sancto.


16. Sicut erat in princípio, et nunc, *et* semper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

Capitulum. *Gal. 6, 14.*


FRATRES : Mihi autem absit gloriári, † nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi, * per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo. ℟. Deo grátias.

Hymnus.

4.




P LAUDE tur- ba pau- pércu- la, Patre di-tá-ta páu-
2. Hic simplex, re-ctus, húmi- lis, Pa-cis cultor a-má-




1. pe-re; Laudis pro- pí- na pó-cu-la, Sa cro deprés- sa
2. bi- lis, Lu-men in va- se ficti- li, Ar-dens, lu-cens in




1. ú-be-re. 3. Vi- li con-té- ctus tégmine, Sancto ca-
2. frá-gi- li. 4. Carnem mundúmque cón-terens, Ho- stes ma-



3. lé-scens Flámi-ne, In-ter cae- li cha- rí-sma-ta Chri-
4. lígnos pró-te-rens, Aure- am vi- ctor mé- ru- it Au-



3. sti re-cé- pit stígma-ta. 5. Pauper, nu- dus e- gré- di-
4. ré- o-lam dum dó- cu- it. 6. Ve- ró- rum pa- ter páupe-



5. tur, Cae- lum di-ves in- gré-di-tur, Spargit vir- tú- tum
6. rum, Nos páu- pe-res fac spí-ri-tu : Consór- tes redde



5. múne-ra, Ae-gris pro- flí- gat vúlne-ra.
6. Súpe-rum, E- ré- ptos ab in- tér- i-tu. 7. Patri, Na- to,

Pa-rácli-to De-cus, honor et gló-ri- a; Sancti sint hu- ius

mé-ri-to No- bis ae-térna gáudi- a. A-men.

℣. O-ra pro no-bis, be- á-te Pa-ter noster Francísce.

℟. Ut digni ef-fi-ci- ámur promissi- ó-ni-bus Christi.

Ad Benedictus, Antiphona.

7. a

O Martyr de- si-dé- ri- o, * Francísce, quanto stú-

di- o Compá- ti- ens hunc séque-ris, Quem passum libro ré-

pe- ris Quem a-pe-ru- í-sti! Tu cóntu- ens in á- e-

re Se-raph in cru-ce pó- si-tum, Ex tunc in palmis, lá-



3. Sicut locútus est per os sanctórum, * qui a saéculo sunt, Prophetárum eius.

4. Salútem ex inimícis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos :

5. Ad faciéndam misericórdiam cum pátribus nostris : * et memorári testaménti sui sancti.

6. Iusiurándum, quod iurávit ad Abraham patrem nostrum, * datúrum se nobis :

7. Ut sine timóre de manu inimicórum nostrórum liberáti, * serviámus illi.

8. In sanctitáte, et iustítia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

9. Et tu puer, Prophéta Altíssimi vocáberis : * praeíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias eius :

10. Ad dandam sciéntiam salútis plebi eius : * in remissiónem peccatórum eórum :

11. Per víscera misericórdiae Dei nostri : * in quibus visitávit nos, óriens ex alto.

12. Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent : * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

13. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

14. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam, beáti Patris nostri Francísci méritis, foetu novae prolis amplíficas : † tríbue nobis ex eius imitatióne terréna despícere, * et caeléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum nostrum.





Antiphona finalis, 20 *vel* 22.

AD PRIMAM.

Deus in adiutórium. *Tonus ferialis*, 14.

Hymnus in tono infrascripto ad Tertiam, 66.

Hymnus.

IAM lucis orto sídere
Deum precémur súpplices,
Ut in diúrnis áctibus
Nos servet a nocéntibus.


Linguam refraénans témperet,
Ne litis horror ínsonet :
Visum fovéndo cóntegat,
Ne vanitátes háuriat.

Sint pura cordis íntima,
Absístat et vecórdia :
Carnis terat supérbiam
Potus cibíque párcitas.


Ut cum dies abscésserit,
Noctémque sors redúxerit,
Mundi per abstinéntiam
Ipsi canámus glóriam.

Deo Patri sit glória,
Eiúsque soli Fílio,
Cum Spíritu Paráclito,
Nunc, et per omne saéculum.
Amen.

Ant. Sanctus Francíscus. 87.

2. D 

Ps. 53. DE- US in nómine tu- o salvum **me** fac : * et in



virtú-te tu- a iú*di***ca** me. *Flexa* : advérsum me, †

2. Deus exáudi oratiónem **me**am : * áuribus pércipe verba *oris* **me**i.

3. Quóniam aliéni insurrexérunt advérsum me, † et fortes quaesiérunt ánimam **me**am : * et non proposuérunt Deum ante conspé*ctum* **su**um.

4. Ecce enim Deus ádiu**vat** me : * et Dóminus suscéptor est áni*mae* **me**ae.

5. Avérte mala inimícis **me**is : * et in veritáte tua dispér*de* **il**los.

6. Voluntárie sacrificábo **ti**bi, * et confitébor nómini tuo Dómine : quóni*am* **bo**num est :

7. Quóniam ex omni tribulatióne eripuísti me : * et super inimícos meos despéxit ócu*lus* **me**us.

8. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spirítu*i* **San**cto.

9. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in saécula saecul*órum*. **A**men.

Psalmus 118. I.

BEATI immaculáti in via : * qui ámbulant in le*ge* Dómini.

2. Beáti, qui scrutántur testimónia eius : * in toto corde exquí*runt* eum.

3. Non enim qui operántur iniquitátem, * in viis eius ambu*la*vérunt.

4. Tu mandásti * mandáta tua custodí*ri* nimis.

5. Utinam dirigántur viae meae, * ad custodiéndas iustificatió*nes* tuas.

6. Tunc non confúndar, * cum perspéxero in ómnibus mandá*tis* tuis.

7. Confitébor tibi in directióne cordis : * in eo quod dídici iudícia iustíti*ae* tuae.

8. Iustificatiónes tuas custódiam : * non me derelínquas us*que*quáque.

9. In quo córrigit adolescéntior viam suam? * in custodiéndo sermó*nes* tuos.

10. In toto corde meo exquisívi te : * ne repéllas me a mandá*tis* tuis.

11. In corde meo abscóndi elóquia tua : * ut non pec*cem* tibi.

12. Benedíctus es Dómine : * doce me iustificatió*nes* tuas.

13. In lábiis meis, * pronuntiávi ómnia iudícia o*ris* tui.

14. In via testimoniórum tuórum delectátus sum, * sicut in ómnibus *di*vítiis.

15. In mandátis tuis exercébor : * et considerábo vi*as* tuas.

16. In iustificatiónibus tuis meditábor : * non oblivíscar sermó*nes* tuos.

17. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítu*i* Sancto.

18. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

Psalmus 118. II.

RETRIBUE servo tuo, vivífica me : * et custódiam sermónes tuos.

2. Révéla óculos meos : * et considerábo mirabília de lege tua.

3. Incola ego sum in terra : * non abscóndas a me mandáta tua.

4. Concupívit ánima mea desideráre iustificatiónes tuas, * in omni témpore.

5. Increpásti supérbos : * maledícti qui declínant a mandátis tuis.

6. Aufer a me oppróbrium, et contémptum : * quia testimónia tua exquisívi.

7. Etenim sedérunt príncipes, et advérsum me loquebántur : * servus autem tuus exercebátur in iustificatiónibus tuis.

8. Nam et testimónia tua meditátio mea est : * et consílium meum iustificatiónes tuae.

9. Adhaésit paviménto ánima mea : * vivífica me secúndum verbum tuum.

10. Vias meas enuntiávi, et exaudísti me : * doce me iustificatiónes tuas.

11. Viam iustificatiónum tuárum ínstrue me : * et exercébor in mirabílibus tuis.

12. Dormitávit ánima mea prae taédio : * confírma me in verbis tuis.

13. Viam iniquitátis ámove a me : * et de lege tua miserére mei.

14. Viam veritátis elégi : * iudícia tua non sum oblítus.

15. Adhaési testimóniis tuis Dómine : * noli me confúndere.

16. Viam mandatórum tuórum cucúrri, * cum dilatásti cor meum.

17. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

18. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.


Capitulum. *1 Tim. 1, 17.*

REGI saeculórum immortáli, et invisíbili, † soli Deo honor, et glória * in saécula saeculórum. Amen. ℟. Deo grátias.


℟. br. 6.




CHRISTE, Fi- li De- i vi-vi, * Mi-se-ré- re no- bis.




Christe. ℣. Qui sedes ad déxte-ram Patris. * Mi-se-ré- re



no- bis. ℣. Gló-ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi-rí-tu- i San-



cto. Christe.




℣. Exsúrge Christe, adiú- va nos.
℟. Et líbera nos propter nomen tu- um.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. *Oratio.*

DOMINE Deus omnípotens, qui ad princípium huius diéi nos perveníre fecísti : † tua nos hódie salva virtúte, ut in hac die ad nullum declinémus peccátum, sed semper ad tuam iustítiam faciéndam nostra procédant elóquia, * dirigántur cogitatiónes et ópera. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum : † qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, * per ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.



℣. Bene-di-cámus Dómino. ℟. De- o grá-ti- as.

Post Martyrologium Hebdom. dicit ℣. Pretiósa in conspéctu Dómini. ℟. Mors Sanctórum eius. *et absolute sine* Orémus

Oratio.

SANCTA María, et omnes Sancti intercédant pro nobis ad Dóminum : † ut nos mereámur ab eo adiuvári, et salvári, * qui vivit et regnat in saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Deus, in adiutórium meum inténde.
℟. Dómine, ad adiuvándum me festína.

Et dicitur ter : ultimo additur : Glória Patri et Fílio, * et Spirítui Sancto. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster. *secreto usque ad*

℣. Et ne nos indúcas in tentatiónem. ℟. Sed líbera nos a malo.

℣. Réspice in servos tuos, Dómine, et in ópera tua, * et dírige fílios eórum. ℟. Et sit splendor Dómini Dei nostri super nos, † et ópera mánuum nostrárum dírige super nos, * et opus mánuum nostrárum dírige.

℣. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto. ℟. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculórum. Amen.

Orémus. *Oratio.*

DIRIGERE et sanctificáre, régere et gubernáre dignáre, Dómine Deus, Rex caeli et terrae, hódie corda et córpora nostra, † sensus, sermónes, et actus nostros in lege tua, et in opéribus mandatórum tuórum : * ut hic et in aetérnum, te auxiliánte, salvi et líberi esse mereámur, Salvátor mundi. Qui vivis et regnas in saécula saeculórum. ℟. Amen.

℣. Iube, domne, benedícere.

Benedictio : Dies et actus nostros * in sua pace dispónat Dóminus omnípotens. ℟. Amen.

Lectio brevis. *Gal. 6, 17-18.*

DE cétero nemo mihi moléstus sit; † ego enim stigmata Dómini Iesu in córpore meo porto. * Grátia Dómini nostri Iesu Christi cum spíritu vestro, fratres. Amen. ℣. Tu autem Dómine, miserére nobis. ℟. Deo grátias.

℣. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit caelum et terram.

℣. Benedícite. ℟. Deus.

Benedictio : Dóminus nos benedícat, † et ab omni malo deféndat, * et ad vitam perdúcat aetérnam. Et fidélium ánimae per misericórdiam Dei requiéscant in pace. ℟. Amen.


AD TERTIAM.

℣. Deus in adiutórium. 14.
Ante Missam Pontificalem adhibetur tonus festivus, 1 *vel* 2.

Hymnus.

4.



N unc Sancte no- bis Spí- ri-tus, U-num Pa-tri
2. Os, lingua, mens, sen- sus, vi-gor, Confes- si- ó-
3. Prae- sta, Pa- ter pi- ís- sime, Pa-trí- que com-




1. cum Fí- li- o, Di- gná-re promptus ínge-ri Nostro
2. nem pérsonent : Flam- méscat i- gne cá- ri-tas, Accén-
3. par U-ni-ce, Cum Spí- ri- tu Pa- rá-cli-to, Regnans




1. re- fú- sus pécto-ri.
2. dat ar-dor pró-ximos.
3. per omne saécu-lum. A-men

Ant. 3. a


H ic praedi-cándo círcu- it.



Ps. 118. III. Legem pone mi-hi, Dómine, vi- am iusti- fica-



ti- ónum tu- á-rum : * et exquí- ram e-*am* **sem**-per.

2. Da mihi intelléctum, et scrutábor legem tuam : * et custódiam illam in toto cor*de* meo.

3. Deduc me in sémitam mandatórum tuórum : * quia i*psam* vólui.

4. Inclína cor meum in testimónia tua : * et non in a*va*rítiam.

5. Avérte óculos meos ne vídeant vanitátem : * in via tua viví*fi*ca me.

6. Státue servo tuo elóquium tuum, * in timó*re* tuo.

7. Amputa oppróbrium meum quod suspicátus sum : * quia iudícia tua *iu*cúnda.

8. Ecce concupívi mandáta tua : * in aequitáte tua viví*fi*ca me.

9. Et véniat super me misericórdia tua, Dómine : * salutáre tuum secúndum elóqui*um* tuum.

10. Et respondébo exprobrántibus mihi verbum : * quia sperávi in sermóni*bus* tuis.

11. Et ne áuferas de ore meo verbum veritátis usquequáque : * quia in iudíciis tuis super*spe*rávi.

12. Et custódiam legem tuam semper : * in saéculum et in saécu*lum* saéculi.

13. Et ambulábam in latitúdine : * quia mandáta tua ex*qui*sívi.

14. Et loquébar in testimóniis tuis in conspéctu regum : * et non con*fun*débar.

15. Et meditábar in mandátis tuis, * quae *di*léxi.

16. Et levávi manus meas ad mandáta tua, quae diléxi : * et exercébar in iustificatióni*bus* tuis.

17. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítu*i* Sancto.

18. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

Psalmus 118. IV.

* Memor esto verbi tui servo tuo, * in quo mihi spem *de*dísti.

2. Haec me consoláta est in humilitáte mea : * quia elóquium tuum vivi*fi*cávit me.

* Hic et in similibus casibus psalmus de novo intonatur a Cantoribus.

3. Supérbi iníque agébant usquequáque : * a lege autem tua non de*cli*návi.

4. Memor fui iudiciórum tuórum a saéculo, Dómine : * et con*so*látus sum.

5. Deféctio ténuit me, * pro peccatóribus derelinquéntibus le*gem* tuam.

6. Cantábiles mihi erant iustificatiónes tuae, * in loco peregrinatió*nis* meae.

7. Memor fui nocte nóminis tui, Dómine : * et custodívi le*gem* tuam.

8. Haec facta est mihi : * quia iustificatiónes tuas ex*qui*sívi.

9. Pórtio mea, Dómine, * dixi custodíre le*gem* tuam.

10. Deprecátus sum fáciem tuam in toto corde meo : * miserére mei secúndum elóqui*um* tuum.

11. Cogitávi vias meas : * et convérti pedes meos in testimóni*a* tua.

12. Parátus sum, et non sum turbátus : * ut custódiam mandá*ta* tua.

13. Funes peccatórum circumpléxi sunt me : * et legem tuam non sum *ob*lítus.

14. Média nocte surgébam ad confiténdum tibi, * super iudícia iustificatió*nis* tuae.

15. Párticeps ego sum ómnium timéntium te, * et custodiéntium mandá*ta* tua.

16. Misericórdia tua, Dómine, plena est terra : * iustificatiónes tu*as* doce me.

17. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítu*i* Sancto.

18. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

Psalmus 118. V.

BONITATEM fecísti cum servo tuo, Dómine, * secúndum ver*bum* tuum.

2. Bonitátem, et disciplínam, et sciéntiam doce me : * quia mandátis tu*is* crédidi.

3. Priúsquam humiliárer ego delíqui : * proptérea elóquium tuum cus*to*dívi.

4. Bonus es tu : * et in bonitáte tua doce me iustificatió*nes* tuas.

5. Multiplicáta est super me iníquitas superbórum : * ego autem in toto corde meo scrutábor mandá*ta* tua.

6. Coagulátum est sicut lac cor eórum : * ego vero legem tuam me*di*tátus sum.

7. Bonum mihi quia humiliásti me : * ut discam iustificatió*nes* tuas.

8. Bonum mihi lex oris tui, * super míllia auri, et *ar*génti.

9. Manus tuae fecérunt me, et plasmavérunt me : * da mihi intelléctum, et discam mandá*ta* tua.

10. Qui timent te vidébunt me, et laetabúntur : * quia in verba tua super*spe*rávi.

11. Cognóvi, Dómine, quia aéquitas iudícia tua : * et in veritáte tua humi*li*ásti me.

12. Fiat misericórdia tua ut consolétur me, * secúndum elóquium tuum ser*vo* tuo.

13. Véniant mihi miseratiónes tuae, et vivam : * quia lex tua meditáti*o* mea est.

14. Confundántur supérbi, quia iniúste iniquitátem fecérunt in me : * ego autem exercébor in mandá*tis* tuis.


15. Convertántur mihi timéntes te : * et qui novérunt testimóni*a* tua.

16. Fiat cor meum immaculátum in iustificatiónibus tuis, * ut non *con*fúndar.


17. Glória Patri, et Fílio, * et Spirítu*i* Sancto.

18. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

Ant. 3. a



Hic praedi-cándo círcu- it, * Et quem non homo dó-



cu- it Fit doctis in stupó- rem : Virtú-tum verba lóqui-



tur, Novúmque nova séqui- tur Mi- lí- ti- a ductó- rem


Capitulum. *Gal. 6, 14.*

Fratres : Mihi autem absit gloriári, † nisi in cruce Dómini nostri Iesu-Christi, * per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo. ℟. Deo grátias.


℟. br.




Posu- it me si-bi De- us * Qua-si in signum. Pó-



su- it. ℣. Cir-cúmde-dit me lánce- is su- is. Qua- si. Gló-



ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto. Pó-su- it.




℣. Sa- gíttae tu-ae, Dómi-ne, infí- xae sunt mi-hi.
℟. Et con-firmásti super me manum tu- am.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Patris nostri Francísci méritis, foetu novae prolis amplíficas : † tríbue nobis ex ejus imitatióne terréna despícere, * et caeléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.

Benedicámus Dómino *ante Missam Pontificalem ut ad II Vesperas,* 96; *secus* 64.

AD MISSAM.



Oratio.

DEUS, qui Ecclésiam tuam beáti Patris nostri Francísci méritis, foetu novae prolis amplíficas : tríbue nobis ex eius imitatióne terréna despícere, et caeléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.


Léctio Epístolae beáti Pauli Apóstoli ad Gálatas.

Gal. 6, 14.

FRATRES : Mihi autem absit gloriári, nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi : per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo. In Christo enim Iesu neque circumcísio áliquid valet, neque praepútium, sed nova creatúra. Et quicúmque hanc régulam secúti fúerint, pax super illos, et misericórdia, et super Israël


Dei. De cétero nemo mihi moléstus sit : ego enim stígmata Dómini Iesu in córpore meo porto. Grátia Dómini nostri Iesu Christi cum spíritu vestro, fratres. Amen.


Grad. 5.



5. et 6.




℣. O Patri- árcha páu-pe-rum, Fran- cí-
sce, tu- is pré-ci-bus Auge tu- ó-rum núme- rum In ca-
ri-tá-te Chri- sti: Quos cancellá-
tis má-ni-bus, Caecú- ti- ens, ut mó-ri- ens
Ia- cob * be-ne-
di- xí- sti.
Seq. 7.
SANCTI-TATIS nova signa * Prod-i- é-runt laude di-
2. Re- gu-lá-tis novi gre-gis Iu-ra dantur novae le-
1. gna, Mi-ra valde et be- nígna In Francísco cré-di-ta.
2. gis, Reno-vántur ius-sa Re-gis Per Francíscum trá-di-ta.




3. Novus ordo, no-va vi- ta Mundo surgit in- audí- ta;
4. Le-gi Chri-sti pa-ris formae Re- formá- tur ius confórme;




3. Restau-rávit lex sancí- ta Sta-tum evangé-li-cum. 5. Chor-
4. Te- net ri-tus da- tae normae Culmen apo-stó-li-cum. 6. Pau-




5. da ru-dis, ve-stis du-ra Cin-git, te-git si-ne cu-ra, Pa- nis
6. per-tá-tem tantum quaerit, De ter-ré-nis ni-hil ge-rit, Hic Fran-




5. da-tur in mensú-ra, Cálce- us ab-í-ci-tur. 7. Quae-rit lo- ca
6. císcus cuncta te-rit, Ló-cu-lus despí-ci-tur. 8. Montis antro




7. la-cri-má-rum, Promit vo-ces cor a-má- rum, Ge-mit mae-
8. sequestrá-tus, Plo-rat, o-rat hu-mi stra- tus, Tandem men-




7. stus tempus ca-rum Pérdi-tum in saécu-lo. 9. I-bi va-cat
8. te se- re- ná- tus Lá-ti-tat er-gástu-lo. 10. Carnem frenat



9. ru- pe tectus, Ad di- ví-na sur-sum vectus, Spernit ima
10. sub censú- ra, Transformátam in fi- gú-ra, Ci-bum ca-pit



9. iu- dex rectus, E-li-git cae-lé-sti- a. 11. Tunc ab alto vir
10. de Scri- ptú-ra, Abi-git terréstri- a. 12. De- fert il-le si-




11. hier- árcha Ve-nit ecce Rex mo- nárcha, Pa- vet i-
12. gna Chri- sti, Ci-ca- trí-ces con- fert i- sti, Dum mi- rá-




11. ste Pa-tri- árcha, Vi-si- ó-ne térri-tus. 13. Sacrum cor-
12. tur corde tri- sti Passi- ó-nem tá-ci-tus. 14. Verba mi-



13. pus consigná-tur, Manu, pe-de vulne-rá-tur, Dextrum
14. scent, arca-nó-rum Multa cla-rent fu-tu-ró-rum, Vi- det



13. la- tus per- fo-rá-tur, Cru- entá- tur sánguine. 15. Pa-tent
14. Sanctus vim dictó-rum, Mýsti-co spi- rá- mine. 16. Cessat




15. sta- tim mi- ri cla-vi, Fo- ris ni-gri, intus fla-vi,
16. ar-tis arma- tú-ra In membró- rum a-per- tú-ra,



15. Pungit do-lor, poe-na gra- vi Crú- ci- ant a- cú-le- i.
16. Non impréssit hos na- tú- ra, Non tortú- ra málle- i.




17. Si- gnis cru-cis quae portá-sti, Per quae mundum tri- um-
18. Nos, Fran- císce, tu- e- ámur, In ad-vér- sis pro-te-




17. phá-sti, Car- nem, hostem su-per-á- sti In-cly-ta vi-
18. gámur, Ut mer- cé-de perfru- á- mur In caelé- sti



17. ctó-ri- a. 19. Pa- ter pi- e, Pa-ter sancte, Plebs de-vó-
18. gló-ri- a. 20. Fac con- sór-tes Super-nó- rum, Quos infór-



19. ta, te iu- vánte, Turba fratrum co- mi- tánte, Me-
20. mas vi- ta mo-rum, Consequá-tur grex Mi- nó-rum Sem-




19. re- á- tur praémi- a.
20. pi-térna gáu-di- a. A-men. Alle-lú- ia.

Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthaéum.

Matth. 11, 25.

In illo témpore : Respóndens Iesus dixit : Confíteor tibi, Pater, Dómine caeli et terrae, quia abscondísti haec a sapiéntibus, et prudéntibus, et reveláṡti ea párvulis. Ita Pater : quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trádita sunt a Patre meo. Et nemo novit Fílium, nisi Pater : neque Patrem quis novit, nisi Fílius, et cui volúerit Fílius reveláre. Veníte ad me omnes qui laborátis et oneráti estis, et ego refíciam vos. Tóllite iugum meum super vos, et díscite a me quia mitis sum, et húmilis corde : et inveniétis réquiem animábus vestris. Iugum enim meum suáve est, et onus meum leve.



Secreta.

MUNERA tibi, Dómine, dicáta sanctífica : et intercedénte beáto Patre nostro Francísco, ab omni nos culpárum labe purífica. Per Dóminum nostrum Iesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus

PER ómnia saécula saeculórum. ℟. Amen.
℣. Dóminus vobíscum. ℟. Et cum spíritu tuo.
℣. Sursum corda. ℟. Habémus ad Dóminum
℣. Grátias agámus Dómino Deo nostro.
℟. Dignum et iustum est.

VERE dignum et iustum est, aequum et salutáre, nos tibi semper, et úbique grátias ágere : Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne Deus. Qui venerándum Confessórem, fámulum tuum, beátum Franciscum tua, Deus, altíssima bonitáte et cleméntia, Sanctórum tuórum méritis et virtútibus sublimásti : mentémque ipsíus sancti Spíritus operatióne, amor ille Seráphicus ardentíssime incéndit intérius : cuiúsque Corpus sacris Stigmátibus insignívit extérius, signo crucifíxi Iesu Christi Dómini nostri. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant

Dominatiónes, tremunt Potestátes. Caeli, caelorúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítti iúbeas deprecámur, súpplici confessióne dicéntes.


Comm. 2.



NON sunt condígnae * passi- ó- nes hu-ius témpo- ris



ad fu-tú-ram gló- ri- am, quae reve-lá-bi- tur in no-



bis.

Postcommunio.

ECCLESIAM tuam, quaésumus Dómine, grátia caeléstis amplíficet: quam beáti Patris nostri Francísci, confessóris tui, illumináre voluísti gloriósis méritis et exémplis. Per Dóminum.

AD SEXTAM.

Deus in adiutórium. 14.


Hymnus *in tono suprascripto ad Tertiam*, 66.

RECTOR potens, verax Deus,
Qui témperas rerum vices,
Splendóre mane illúminas,
Et ígnibus merídiem:

Exstíngue flammas lítium,
Aufer calórem nóxium,
Confer salútem córporum,
Verámque pacem córdium.

Praesta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito,
Regnans per omne saéculum.
Amen.

Ant. Tres órdines. 89.



Ps. 118. VI. DEFE-CIT in sa-lu-tá-re tu-um *ánima* me- a:*



et in verbum tu-um *superspe-* **rá**-vi.

2. Defecérunt óculi mei in eló*quium* **tu**um, * dicéntes : Quando con*solábe***ris** me?

3. Quia factus sum sicut uter *in pru***í**na : * iustificatiónes tuas *non sum ob***lí**tus.

4. Quot sunt dies *servi* **tui** : * quando fácies de persequénti*bus me iu***díci**um?

5. Narravérunt mihi iníqui fabu*lati***ó**nes : * sed *non ut lex* **tu**a.

6. Omnia mandáta *tua* **vé**ritas : * iníque persecúti sunt *me, ádiu***va** me.

7. Paulo minus consummavérunt *me in* **ter**ra : * ego autem non derelíqui *mandáta* **tu**a.

8. Secúndum misericórdiam tuam vi*vífi***ca** me : * et custódiam testimóni*a oris* **tui**.

9. In ae*térnum*, **Dó**mine, * verbum tuum pér*manet in* **cae**lo.

10. In generatiónem et generatiónem vé*ritas* **tu**a : * fundásti *terram, et* **pérma**net.

11. Ordinatióne tua perse*vérat* **di**es : * quóniam ómnia *sérviunt* **ti**bi.

12. Nisi quod lex tua meditá*tio* **me**a est : * tunc forte periíssem in humi*litáte* **me**a.

13. In aetérnum non oblivíscar iustificati*ónes* **tu**as : * quia in ipsis *vivifi***cásti** me.

14. Tuus sum ego, *salvum* **me** fac : * quóniam iustificatiónes tu*as exqui***sí**vi.

15. Me expectavérunt peccatóres ut *pérde***rent** me : * testimónia tu*a intel***lé**xi.

16. Omnis consummatiónis *vidi* **fi**nem : * latum mandá*tum tuum* **ni**mis.

17. Glória Pa*tri, et* **Fí**lio, * et Spi*rítui* **San**cto.

18. Sicut erat in princípio, et *nunc, et* **sem**per, * et in saécula sae*culórum.* **A**men.

Psalmus 118. VII.

Quomodo diléxi legem *tuam*, **Dó**mine? * tota die medi*tátio* **mea** est.

2. Super inimícos meos prudéntem me fecísti man*dáto* **tu**o : * quia in *aetérnum* **mihi** est.

3. Super omnes docéntes me *intel***léx**i : * quia testimónia tua medi*tátio* **mea** est.

4. Super senes *intel***léx**i : * quia mandáta *tua quae***sí**vi.

5. Ab omni via mala prohíbui *pedes* **me**os : * ut custódi*am verba* **tu**a.

6. A iudíciis tuis non *decli***ná**vi : * quia tu legem po*suísti* **mi**hi.

7. Quam dúlcia fáucibus meis eló*quia* **tu**a, * super *mel ori* **me**o!

8. A mandátis tuis *intel***léx**i : * proptérea odívi omnem viam *iniqui***tá**tis.

9. Lucérna pédibus meis *verbum* **tu**um : * et lumen *sémitis* **me**is.

10. Iurá*vi, et* **stá**tui : * custodíre iudícia ius*títiae* **tu**ae.

11. Humiliátus sum usque*quáque*, **Dó**mine : * vivífica me secún*dum verbum* **tu**um.

12. Voluntária oris mei beneplácit*a fac*, **Dó**mine : * et iudíci*a tua* **doce** me.

13. Anima mea in mánibus *meis* **sem**per : * et legem tuam *non sum ob***lí**tus.

14. Posuérunt peccatóres lá*queum* **mi**hi : * et de mandátis tu*is non er***rá**vi.

15. Haereditáte acquisívi testimónia tua *in ae***tér**num : * quia exsultáti*o cordis* **mei** sunt.

16. Inclinávi cor meum ad faciéndas iustificatiónes tuas *in ae***tér**num, * propter re*tributi***ó**nem.

17. Glória Pa*tri, et* **Fí**lio, * et Spi*rítui* **San**cto.

18. Sicut erat in princípio, et *nunc, et* **sem**per, * et in saécula sae*culórum*. **A**men.

Psalmus 118. VIII.

Iniquos *ódio* **há**bui : * et legem *tuam di***lé**xi.
2. Adiútor et suscéptor *meus* **es** tu : * et in verbum tuum *superspe***rá**vi.
3. Declináte a *me, ma*lígni : * et scrutábor mandá*ta Dei* **me**i.
4. Súscipe me secúndum elóquium tu*um, et* **vi**vam : * et non confúndas me ab exspecta*tióne* **me**a.
5. Adiuva me, et *salvus* **e**ro : * et meditábor in iustificatióni*bus tuis* **sem**per.
6. Sprevísti omnes discedéntes a iudí*ciis* **tu**is : * quia iniústa cogitá*tio e***ó**rum.
7. Praevaricántes reputávi omnes pecca*tóres* **ter**rae : * ídeo diléxi testi*mónia* **tu**a.
8. Confíge timóre tuo *carnes* **me**as : * a iudíciis e*nim tuis* **tí**mu**i**.
9. Feci iudícium *et iu***stí**tiam : * non tradas me calum*niánti***bus** me.
10. Súscipe servum tu*um in* **bo**num : * non calumnién*tur me su***pér**bi.
11. Oculi mei defecérunt in salu*táre* **tu**um : * et in elóquium iu*stítiae* **tu**ae.
12. Fac cum servo tuo secúndum misericór*diam* **tu**am : * et iustificatió*nes tuas* **do**ce me.
13. Servus tu*us sum* **e**go : * da mihi intelléctum, ut sciam testi*mónia* **tu**a.
14. Tempus faci*éndi,* **Dó**mine : * dissipavé*runt legem* **tu**am.
15. Ideo diléxi man*dáta* **tu**a, * super au*rum et to***pá**zi**on**.
16. Proptérea ad ómnia mandáta tua *diri***gé**bar : * omnem viam iníquam *ódio* **há**bui.
17. Glória Pa*tri, et* **Fí**lio, * et Spi*rítui* **San**cto.
18. Sicut erat in princípio, et *nunc, et* **sem**per, * et in saécula sae*culórum.* **A**men.

Ant. Tres Ordines. 89.


Capitulum. *Gal. 6, 16.*

Et quicúmque hanc régulam secúti fúerint, * pax super illos, et misericórdia, et super Israël Dei.


℟. br.



Sagittae tu-ae, Dómi-ne, * Infíxae sunt mi- hi. ℣. Et



confirmásti su-per me ma-num tu- am. Gló-ri- a Patri.



℣. Manus me- ae stil- la-vé- runt myrrham.
℟. Et dígiti mei pleni myrrha probatíssi- ma.

Oratio ut ad Tertiam, 70. ℣. Benedicámus Dómino. 64.

AD NONAM.

Deus in adiutórium. 14.


Hymnus *in tono suprascripto ad Tertiam*, 66.

Rerum Deus tenax vigor,
Immótus in te pérmanens,
Lucis diúrnae témpora
Succéssibus detérminans :


Largíre lumen véspere,
Quo vita nusquam décidat,
Sed praémium mortis sacrae
Perénnis instet glória.

Praesta, Pater piíssime,
Patríque compar Unice,
Cum Spíritu Paráclito
Regnans per omne saéculum.
Amen.

Ant. Laudans laudáre. 91.



Ps. 118. IX. Mira-bi-li- a testimó-ni- *a* tu- a : * íde- o



scru-tá-ta est e- a á*nima* **me**- a.

2. Declarátio sermónum tuórum *il***lú**minat : * et intel-léc*tum dat* **pár**vulis.

3. Os meum apérui, et attrá*xi* **spí**ritum : * quia man-dáta tua de*side***rá**bam.

4. Aspice in me, et miseré*re* **mei**, * secúndum iudícium diligéntium *nomen* **tu**um.

5. Gressus meos dírige secúndum elóqui*um* **tu**um : * et non dominétur mei omnis *iniu***stí**tia.

6. Rédime me a calúmni*is* **hó**minum : * ut custódiam man*dáta* **tu**a.

7. Fáciem tuam illúmina super ser*vum* **tu**um : * et doce me iustificati*ónes* **tu**as.

8. Exítus aquárum deduxérunt ócu*li* **mei** : * quia non custodiérunt *legem* **tu**am.

9. Iustus *es*, **Dó**mine : * et rectum iudí*cium* **tu**um.

10. Mandásti iustítiam testimóni*a* **tu**a : * et veritátem *tuam* **ni**mis.

11. Tabéscere me fecit ze*lus* **me**us : * quia oblíti sunt verba tua ini*míci* **me**i.

12. Ignítum elóquium tuum ve*he***mén**ter : * et servus tuus di*léxit* **il**lud.

13. Adolescéntulus sum ego, et *con***tém**ptus : * iustifica-tiónes tuas non *sum ob***lí**tus.

14. Iustítia tua, iustítia in *ae***tér**num : * et lex *tua* **vé**ritas.

15. Tribulátio, et angústia in*ve***né**runt me : * mandáta tua meditá*tio* **me**a est.

16. Aéquitas testimónia tua in *ae***tér**num : * intelléctum da mi*hi, et* **vi**vam.

17. Glória Patri, *et* **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

18. Sicut erat in princípio, et nunc, *et* **sem**per, * et in saécula saecu*lórum*. **A**men.

Psalmus 118. X.

CLAMAVI in toto corde meo, exáudi *me*, Dómine : * iustificatiónes tu*as re*quíram.

2. Clamávi ad te, sal*vum* me fac : * ut custódiam man*dáta* tua.

3. Praevéni in maturitáte, et *cla*mávi : * quia in verba tua su*persper*ávi.

4. Praevenérunt óculi mei ad te *di*lúculo : * ut meditárer eló*quia* tua.

5. Vocem meam audi secúndum misericórdiam tu*am*, Dómine : * et secúndum iudícium tuum vi*vífi*ca me.

6. Appropinquavérunt persequéntes me ini*qui*táti : * a lege autem tua *longe* facti sunt.

7. Prope es *tu*, Dómine : * et omnes viae *tuae* véritas.

8. Inítio cognóvi de testimóni*is* tuis : * quia in aetérnum fun*dásti* ea.

9. Vide humilitátem meam, et é*ri*pe me : * quia legem tuam non *sum ob*lítus.

10. Iúdica iudícium meum, et réd*i*me me : * propter elóquium tuum vi*vífi*ca me.

11. Longe a peccatóri*bus* salus : * quia iustificatiónes tuas non ex*quisi*érunt.

12. Misericórdiae tuae mul*tae*, Dómine : * secúndum iudícium tuum vi*vífi*ca me.

13. Multi qui persequúntur me, et trí*bu*lant me : * a testimóniis tuis non *decli*návi.

14. Vidi praevaricántes, et ta*be*scébam : * quia elóquia tua non cu*stodi*érunt.

15. Vide quóniam mandáta tua dilé*xi*, Dómine : * in misericórdia tua vi*vífi*ca me.

16. Princípium verbórum tuó*rum*, véritas : * in aetérnum ómnia iudícia iustí*tiae* tuae.

17. Glória Patri, *et* Fílio, * et Spirí*tui* Sancto.

18. Sicut erat in princípio, et nunc, *et* semper, * et in saécula saecu*lórum*. Amen.

Psalmus 118. XI.

PRINCIPES persecúti sunt *me* **gra**tis : * et a verbis tuis formidá*vit cor* **me**um.

2. Laetábor ego super elóqui*a* **tu**a : * sicut qui invénit spó*lia* **mul**ta.

3. Iniquitátem ódio hábui, et abo*mi***ná**tus sum : * legem autem tu*am di***lé**xi.

4. Sépties in die laudem di*xi* **ti**bi, * super iudícia iustí*tiae* **tu**ae.

5. Pax multa diligéntibus le*gem* **tu**am : * et non est *illis* **scán**dalum.

6. Exspectábam salutáre tu*um*, **Dó**mine : * et mandáta tu*a di***lé**xi.

7. Custodívit ánima mea testimóni*a* **tu**a : * et diléxit ea *vehe***mén**ter.

8. Servávi mandáta tua, et testimóni*a* **tu**a : * quia omnes viae meae in con*spéctu* **tu**o.

9. Appropínquet deprecátio mea in conspéctu tu*o*, **Dó**mine : * iuxta elóquium tuum da mihi *intel***léc**tum.

10. Intret postulátio mea in conspé*ctu* **tu**o : * secúndum elóquium tuum *éri***pe** me.

11. Eructábunt lábia me*a* **hy**mnum, * cum docúeris me iustificati*ónes* **tu**as.

12. Pronuntiábit língua mea elóqui*um* **tu**um : * quia ómnia mandáta *tua* **aé**quitas.

13. Fiat manus tua *ut* **sal**vet me : * quóniam mandáta tu*a e***lé**gi.

14. Concupívi salutáre tu*um*, **Dó**mine : * et lex tua meditá*tio* **me**a est.

15. Vivet ánima mea, et *lau***dá**bit te : * et iudícia tua *adiu***vá**bunt me.

16. Errávi, sicut ovis, *quae* **pé**riit : * quaere servum tuum, quia mandáta tua non *sum ob***lí**tus.

17. Glória Patri, *et* **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.


18. Sicut erat in princípio, et nunc, *et* **sem**per, * et in saécula saecu*lórum*. **A**men.

Ant. Laudans laudáre. 91.

Capitulum. *Galat. 6, 17-18.*


De cétero nemo mihi moléstus sit : † ego enim stígmata Dómini Iesu in córpore meo porto. * Grátia Dómini nostri Iesu Christi cum spíritu vestro, fratres. Amen.










Tempore Paschali addatur Antiphonae :




Tempore Paschali, quando, Nona Officii diei persoluta, Missae votivae solemni S. P. N. Francisci praemittitur in cantu Nona ex Officio eiusdem, Antiphonae additur Allelúia *ut supra, et Responsorium breve erit ut sequitur :*







ri- a Patri, et Fí-li- o, et Spi-rí-tu- i Sancto.




℣. Cor me- um et ca- ro me- a, alle-lú- ia.
℟. Ex-sulta- vé- runt in De- um vivum, alle-lú- ia.

Oratio ut ad Tertiam, 70. ℣. Benedicámus Dómino. 64.

IN II. VESPERIS.

Deus in adiutórium, *ut ad I Vesperas,* 1 *vel* 2.


1. Ant.
2. D




SANCTUS Francí-scus praé-vi- is * Ora-ti- ónum stú-




di- is, Quid fá-ci- at instrúctus : Non si-bi so- li ví-ve-re,



Sed á-li- is pro-fí-ce-re Vult, De- i ze-lo ductus.



Ps. 109. DIXIT Dóminus Dómino **me**- o : * sede a de-



xtris **me**- is.

2. Donec ponam inimícos **tu**os, * scabéllum pedum *tu*órum.

3. Virgam virtútis tuae emíttet Dóminus ex **Sion** : * domináre in médio inimicórum *tu*órum.

4. Tecum princípium in die virtútis tuae in splendóribus san**ctó**rum : * ex útero ante lucíferum gé*nu***i** te.

5. Iurávit Dóminus, et non poenitébit **e**um : * Tu es sacérdos in aetérnum secúndum órdinem *Mel***chí**sedech.

6. Dóminus a dextris **tu**is, * confrégit in die irae su*ae* **re**ges.


7. Iudicábit in natiónibus, implébit ruínas : * conquassábit cápita in terra *mul***tó**rum.

8. De torrénte in via **bi**bet : * proptérea exaltá*bit* **ca**put.


9. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spirítu*i* **San**cto.

10. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in saécula saeculó*rum*. **A**men.

2. Ant. 3. a




Hic praedi-cándo círcu- it, * Et quem non homo dó-




cu- it Fit doctis in stupó- rem : Virtú-tum verba lóqui-



tur, Novúmque nova séqui- tur Mi- lí- ti- a du-ctó- rem.



Ps. 110. Confi-tebor ti-bi, Dómine, in toto **cor**-de



me- o : * in consí-li- o iustó-rum et congrega-*ti*-**ó**-



ne. *Flexa :* su- órum, †

2. Magna ópera Dómini : * exquisíta in omnes voluntá*tes* eius.

3. Conféssio et magnificéntia opus eius : * et iustítia eius manet in saécu*lum* saéculi.

4. Memóriam fecit mirabílium suórum, † miséricors et miserátor Dóminus : * escam dedit timén*ti*bus se.

5. Memor erit in saéculum testaménti sui : * virtútem óperum suórum annuntiábit pópu*lo* suo :

6. Ut det illis hereditátem Géntium : * ópera mánuum eius véritas, et *iu*dícium.

7. Fidélia ómnia mandáta eius : † confirmáta in saéculum saéculi, * facta in veritáte et ae*qui*táte.

8. Redemptiónem misit pópulo suo : * mandávit in aetérnum testamén*tum* suum.


9. Sanctum, et terríbile nomen eius : * inítium sapiéntiae ti*mor* Dómini.

10. Intelléctus bonus ómnibus faciéntibus eum : * laudátio eius manet in saécu*lum* saéculi.


11. Glória Patri et Fílio, * et Spirítu*i* Sancto.

12. Sicut erat in princípio, et nunc, et semper, * et in saécula saeculó*rum*. Amen.

3. Ant. 4. E




TRES Ordi-nes hic órdi-nat : * Primúmque Fratrum nó-




mi-nat Mi-nó-rum; pau-perúmque Fit Domi-ná-rum mé-di- us;



Sed Poeni-téntum térti- us Se-xum capit utrúmque.



Ps. 111. BE- ATUS vir qui *timet* Dóminum : * in mandá-



tis e-*ius vo-let* **ni**-mis. *Flexa :* commódat, †

2. Potens in terra erit *semen* **e**ius : * generátio rectórum *benedi***cé**tur.

3. Glória, et divítiae in *domo* **e**ius : * et iustítia eius manet in *saéculum* **saécu**li.

4. Exórtum est in ténebris *lumen* **re**ctis : * misericors, et mise*rátor*, *et* **iu**stus.

5. Iucúndus homo qui miserétur et cómmodat, † dispónet sermónes suos *in iu***dí**cio : * quia in aetérnum *non commo***vébi**tur.

6. In memória aetérna *erit* **iu**stus : * ab auditióne ma*la non ti***mé**bit.

7. Parátum cor eius speráre in Dómino, † confirmátum *est cor* **e**ius : * non commovébitur donec despíciat in*imícos* **su**os.


8. Dispérsit, dedit paupéribus : † iustítia eius manet in saé*culum* **saé**culi, * cornu eius exaltá*bitur in* **glóri**a.

9. Peccátor vidébit, et irascétur, † déntibus suis fremet *et ta***bé**scet : * desidérium pecca*tórum per***í**bit.

10. Glória Pa*tri et* **Fí**lio, * et Spi*rítui* **San**cto.

11. Sicut erat in princípio, et *nunc, et* **sem**per, * et in saécula sae*culórum.* **A**men.


4. Ant. 5. a




D OCTUS doctrí-ce grá- ti- a, * Doctus expe- ri- én-




ti- a Quae sunt perfe- cti- ó- nis; Haec fratres do- cet




ómni- a, Tam factis quam fre- quénti- a Mel-líflu- i ser-



mó- nis.



Ps. 112. LAUDATE pú-e-ri **Dó**minum : * laudá-te **no**- men



Dómi-ni.

2. Sit nomen Dómini bene**dí**ctum, * ex hoc nunc, et **us**que in **saé**culum.

3. A solis ortu usque ad oc**cá**sum, * laudábile **no**men **Dó**mini.

4. Excélsus super omnes Gentes **Dó**minus, * et super caelos **gló**ria **e**ius.

5. Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis **há**bitat, * et humília réspicit in caelo **et** in **ter**ra?

6. Súscitans a terra **ín**opem, * et de stércore **é**rigens **páu**perem :


7. Ut cóllocet eum cum prin**cí**pibus, * cum princípibus **pó**puli **su**i.

8. Qui habitáre facit stérilem in **do**mo, * matrem fili**ó**rum lae**tán**tem.

9. Glória Patri, et **Fí**lio, * et Spi**rí**tui **San**cto.

10. Sicut erat in princípio, et nunc, et **sem**per, * et in saécula saecu**ló**rum. **A**men.


5. Ant.
6. F




LAUDANS laudá- re mó-nu-it, * Laus il-li semper ád-




fu- it, Laus, inquam, Salva- tó- ris : Inví-tat aves, bé-




sti- as Et cre- a-tú- ras á-li- as Ad laudem Con- di-



tó- ris.



Ps. 116. LAUDATE Dóminum *omnes* **gen**- tes, * laudá-te



e-um *omnes* **pó**pu- li.

2. Quóniam confirmáta est super nos misericórdi*a* **e**ius, * et véritas Dómini manet *in ae***tér**num.

3. Glória Patri, *et* **Fí**lio, * et Spir*ítui* **San**cto.


4. Sicut erat in princípio, et nunc, *et* **sem**per, * et in aécula saecu*lórum.* **A**men.

Capitulum. *Gal. 6, 14.*

FRATRES : Mihi autem absit gloriári, † nisi in cruce Dómini nostri Iesu Christi, * per quem mihi mundus crucifíxus est, et ego mundo. ℟. Deo grátias.

Hymnus.

2.




D E-CUS mo-rum, dux Mi- nó-rum, Francíscus te-

2. Plaudat fra-ter : re- gnat Pa-ter, Concí-vis cae-




1. nens praémi- um, In te vi-te da-tur vi-tae Chri-ste, Red-
2. li cí-vi-bus; Ce- dat fle-tus, psallat coetus, Exsúl-tet




1. · émptor ó-mni- um. 3. Demptum so-lo, da-tum po-lo,
2. cae- lum láu- di-bus. 4. Pro ter- ré-nis, vo-tis ple-nis,




3. Signó-rum pro- bant ópe-ra; Er- go vi-vit, nam ad-í-
4. Re-pórtat do- na gló-ri- ae : Quem de- có-ras, quem ho-nó-



3. vit Ae- tér- na Chri- sti mú- ne-ra. 5. Hunc sequántur,
4. ras, Summae De- us cle-mén- ti-ae. 6. Re- gis signum



5. huic iun-gántur Qui ex Ae-gý- pto éx-e- unt : In quo du-
6. du- cem dignum In-sí-gnit ma- nu, lá- te-re : Lux accé-




5. ce cla- ra lu-ce Ve- xíl-la Re-gis pród- e- unt. 7. Est
6. dit, nox re- cé-dit, Iam lu-cis orto sí- de-re. 8. Mi-




7. dux fi-dus, cla- rum si-dus : Du-cit, re- lú- cet, dé-vi- a
8. na gregem, Dux, ad Re-gem, Col-lí- sor ho- stis cál-li-di :




7. De- vi- tándo, demonstrándo Be- á-ta no-bis gáu- di- a.
8. Nos condú- cas et in- dú- cas Ad coenam Agni pró- vi-di.



A-men.



℣. Ora pro no-bis, be- á-te Pa-ter noster Francísce.




℟. Ut digni effi-ci- ámur promissi- ó-nibus Christi.

Ad Magnificat Antiphona.


8. G



O vi- rum mi-rá-bi-lem * In signis et prod- í-




gi- is, Languó- res cum daemó- ni- is Quós-li- bet pel-



léntem! Dat aurem su- is ávi- um Praédi-cans silvéstri- um




Verbis in- tendéntem. O vi- tam laudá-bi-lem! Qua




fi-dem sic ma- gní- fi-cat, Sed et multos vi- ví- fi-cat Mór-




tu- os de-fúnctus. Fran- cí- sce, nos cae- lésti- um Fac con-



sór- tes cí-vi- um, Qui-bus es coniún- ctus.



Cant. MAGNI- FI- CAT * á- nima
2. Et exsul-távit *spí-ri-tus* **me**- us, * in De- o



me- a **Dó**minum.
sa-lu-*tári* **me**- o.

3. Quia respéxit humilitátem *ancíllae* **su**ae : * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes gene*rati***ó**nes.

4. Quia fecit mihi *magna qui* **pot**ens est : * et sanctum *nomen* **e**ius.

5. Et misericórdia eius a progéni*e in pro***gé**nies * timén*tibus* **e**um.

6. Fecit poténtiam in *bráchio* **su**o : * dispérsit supérbos mente *cordis* **su**i.

7. Depósuit pot*éntes de* **se**de, * et exal*távit* **hú**miles.

8. Esuriéntes *implévit* **bo**nis : * et dívites dim*ísit in***á**nes.

9. Suscépit Israël *púerum* **su**um, * recordátus misericór*diae* **su**ae.


10. Sicut locútus est *ad patres* **no**stros, * Abraham, et sémini e*ius in* **saé**cula.

11. Glória *Patri et* **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.

12. Sicut erat in princípio, *et nunc, et* **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.

Oratio.

Deus, qui Ecclésiam tuam beáti Patris nostri Francísci méritis, foetu novae prolis amplíficas : † tríbue nobis ex eius imitatióne terréna despícere, * et caeléstium donórum semper participatióne gaudére. Per Dóminum.







INFRA OCTAVAM.

℣. Ora pro nobis *in tono simplici Versiculorum.*

Ad Benedictus Antiphona.






ó- ne-re, Pá-le- a, lu-to, lá-te-re; Et se-




púlto Ae-gýpti- o Sub sábu-lo, nos lí-be- ra, Carnis




exstín- cto ví- ti- o. E u o u a e.

Ad Magnificat Antiphona.

2. D




S AL-VE, sancte Pa-ter, * pátri-ae lux, forma Mi-



nó-rum : Vir-tú-tis spé-cu-lum, recti vi- a, régu- la mo-



rum; Car- nis ab ex-í- li- o duc nos ad re-



gna po- ló-rum. E u o u a e.


PARS II

CANTUS SELECTI IN HONOREM S. P. N. FRANCISCI.


Memoria Transitus S. P. N. Francisci.

In festo S. P. N. Francisci circa occasum solis, qua hora S. P. N. evolavit in caelum, Fratres conveniunt ad Sacellum vel Altare ipsius S. Patris; et Cantores, omnibus circa aram stantibus, incipiunt Antiphonam :





Ps. 141. VOCE me-a ad Dóminum *cla***má**- vi : * voce



me-a ad Dóminum *depre***cá**-tus sum.

2. Effúndo in conspéctu eius oratió*nem* **me**am, * et tribulatiónem meam ante i*psum pro***núnt**io.

3. In deficiéndo ex me spíri*tum* **me**um, * et tu cognovísti sé*mitas* **me**as.

4. In via hac, qua am*bu***lá**bam, * abscondérunt lá*queum* **mi**hi.

5. Considerábam ad déxteram, et *vi***dé**bam : * et non erat qui co*gnósce***ret** me.

6. Périit fu*ga* **a** me, * et non est qui réquirat á*nimam* **me**am.

7. Clamávi ad *te* **Dó**mine, * dixi : Tu es spes mea, pórtio mea in tér*ra vi***vén**tium.

8 Inténde ad deprecatió*nem* **me**am : * quia humiliá*tus sum* **ni**mis.

9. Líbera me a persequén*ti***bus** me : * quia confortá*ti sunt* **su**per me.

10. Educ de custódia ánimam meam ad confiténdum nómi*ni* **tu**o : * me exspéctant iusti, donec retrí*buas* **mi**hi.

11. Glória Patri, *et* **Fí**lio, * et Spirí*tui* **San**cto.


12. Sicut erat in princípio, et nunc, *et* **sem**per, * et in saécula saecu*lórum.* **A**men.

Repetita Antiphona O Sanctíssima, *genuflectitur, et recitantur quinque* Pater, Ave *et* Glória. *Postea omnes stant et cantant Antiphonam :*


2.




S AL-VE, sancte Pa-ter, pátri-ae lux, forma Mi-nó-




Omnes genuflectunt et cantant :



Post Orationem intonatur :




Vel etiam :




Invocationes.

1. Plange turba.




2. Franciscе, Christi signifer.

(Responsorium ex libris Italiae.)



3. Francisce quali cuspide.


(Responsorium ex Rituali Ordinis.)



Antiqua Responsoria nona Officii S. P. N. Francisci.

4. Sex fratrum. (1)





tu- i Sancto. * Quis parvi.


5. Arcana. (2)


3.
ARCANA * su- is ré- se- rans, O- ctávum
tandem ré-ci-pit : Et ad divérsas gen- tes
Bi- nos mit- téndos foéde-rans, * Hu- mi- li- á- ri
praé- ci-pit Et esse pa- ti- én- tes.
℣. Grex pró-ci- dit obtémpe- rans, Pa- stor e-ré-ctos sú-
sci- pit Ad óscu- la, gaudéntes. * Hu- mi- li- á- ri. Gló-
ri- a Patri, et Fí- li- o, et Spi- rí-tu- i San-
cto. * Hu- mi- li- á- ri.

6. Euntes inquit. (3)




7. Regressis. (4)




Hymni ex antiquo Officio S. Stigmatum.

8. Franciscus amat unice. (ad I Vesp.)

8.



FRANCISCUS amat ú-ni-ce Ie-sum qui cru-ci-fí-gi-



tur; Mente devó-ta, símpli-ce Cru-ci-fí-xo confí-gi-tur.

2. Francíscum amor ébriat
Iesu, pro nobis mórtui;
Francíscum mire sáuciat
Vis amóris praécipui.

3. Francíscus Iesu nímio
Amóre dum affícitur,
Fit eius transformátio
In Iesum, qui dilígitur.

4. Francíscum amor íniit
Amáto singuláriter,
Mentális amor pródiit
In carnem quinquifórmiter.

5. Francíscus in congérie
Flammárum quarto cérnitur,
Qui símilis in spécie
Dei Nato descríbitur.

6. Francísce, tua vúlnera
Iesu dignéris pándere,
Nos pátria, quo próspera,
Concédat semper vívere.
Amen.


℣. Signásti, Dómine, servum tuum Francíscum.
℟. Signis redemptiónis nostrae.

Orémus.


DEUS, qui mira crucis mystéria in beáto Patre nostro Francísco, Confessóre tuo, multifórmiter demonstrásti: da nobis quaésumus; devotiónis suae semper exémpla sectári, et assídua eiúsdem crucis meditatióne muníri. Qui vivis.

9. Franciscus mundi prospera. (ad Mat.)

2.



FRANCISCUS mundi próspe-ra Umbram fo-re conspí-



ci- ens, Cum Ie-su firmat foéde-ra, Ad Ie-su lu-cem sí-ti- ens.

2. Francísci de Stigmátibus
Gregórius dum mússitat,
Noctúrnis in sopóribus
Francíscus illum vísitat.

3. Francíscus caesum díriter
Sero per viros scélerum,
Mox sanat mirabíliter
Suórum tactu vúlnerum.


4. Francísci bina tábula
Christi descrípta pássio,
Ipsum reddit per saécula
Omni dignum obséquio.

5. Francísce, tua vúlnera
Iesu dignéris pándere,
Nos pátria, quo próspera,
Concédat semper vívere.
Amen.

℣. *et Oratio ut ad n. 8.*

10. Francisci in visceribus. (ad Laud.)

4.



F RANCISCI in viscé-ri-bus Amor Ie-su qui lá-tu- it,



Pulchris Ie-su vul-né-ri-bus Mi- re fo-ras e-mí-cu- it.

2. Francíscus, miles ínclytus,
Dignus Regis insígniis,
Vexíllum dum exércitus
Merétur factis praéviis.

3. Francíscus solus símilis
Deo in Dei fíliis,
Caelo, terrae mirábilis,
Summis dignus praecóniis.


4. Francísci haec humílitas,
Et cáritas qua férvuit,
Mundi contémptus, púritas,
Crucis praelátus méruit.

5. Francísce, tua vúlnera
Iesu dignéris pándere,
Nos pátria, quo próspera,
Concédat semper vívere.
Amen.


℣. *et Oratio ut ad n. 8.*

11. Ad Francisci famam. (ad II Vesp.)


2.



A D Francísci famam prisci Fa-cit laudis fa-



stí-gi- um, Quod in isto, dante Chri-sto, Fulget Cru-cis my-



sté- ri- um.

2. Ut formósa, puber rosa,
Latus emánans sánguine,
Instar Nati lanceáti,
Ut nos laváret crímine.

3. Transfixúra, clavatúra
Manus, pedes, mirífica
Cuius forma es et norma :
O Crux, ave, spes única.

4. Vernant flores, et cruóres
De plagis miris éxeunt,
Ut athlétae, pulchra, laeta
Vexílla regis pródeunt.

5. Carens dolis, ortu solis
Scandit Franciscus, iúbaris
Signum ferens, vitam quaerens
Tulítque praedam tártaris.


6. Huius ducis prece, crucis
Adipiscámur praémium;
Qui, natúrae natus piae,
Saecli pepéndit prétium.
Amen.

℣. *et Oratio ut ad n. 8.*


Ex alio Officio S. Stigmatum.

12. In caelesti collegio. (ad Vesp.)

5.



In caelésti collé-gi- o Franciscus fulget gló- ri- a :



Insígni pri- vi- lé-gi- o Chri-sti por-tans in-sígni- a.

2. Hic cancellátis mánibus,
Ut Patriárcha páuperum,
Dum benedícit frátribus,
Tendit ad regnum Súperum.

3. Hic coetus apostólici
Est factus consors, Páuperis
Crucem in se domínici
Signum repórtans foéderis.

4. Hic, martyr desidério,
Crucem post Iesum báiulat :
Quem mártyrum consórtio
Christus in caelis cópulat.

5. Crucem per abstinéntiam
Francíscus ferens iúgiter,
Iam Confessórum glóriam
Adéptus est felíciter.

6. Candens decóre níveo,
Passum hic sequens Dóminum;
Nunc castitátis praémio
Gaudet in choro Vírginum.

7. Francíscus, vir Seráphicus,
Signum portat domínicum,
Quem súscipit angélicus
Chorus ad regnum caélicum.

8. Pater, Natus cum Flámine
Nos per Francísci vúlnera
Lustret divíno lúmine,
Aetérna donans múnera.
Amen.

℣. *et Oratio ut ad n. 8.*

13. Proles Patris praeconia. (ad Laud.)



2. Dux in nostra milítia
Crucis vexíllum súmere,
Christi sequens vestígia,
Divíno ferens múnere.

3. Crucifíxum conspíciens,
Christo cruce confígitur,
Corde passo compátiens
Sic mundo crucifígitur.

4. Trinae vocis mystério
Dum Crux Francísco ímperat,
Parens eius império
Hic trinam domum réparat.

5. Cruci confígens stúdio
Carnis et mundi ópera,
Transfíxa crucis gládio
Francíscus portat víscera.

6. Crux luce fulget caélitus
Ex eius ore pródiens,
Cuius virtúte térritus
Draco fugátur saéviens.

7. Dum Crucis Christi glóriam
Sacer docet Antónius,
Cruce sensus, praeséntiam
Hic sui praebet clárius.


8. Seraph in cruce pósito,
In volis, plantis, látere,
Imprésso Dei dígito
Consignátur charáctere.


9. Laus Patri, Nato, Flámini
Sit per Francísci Stigmáta
Qui huic donet ágmini
Sua grata charísmata.
Amen.

℣. et Oratio ut ad n. 8.


Sequentiae et Prosae.

14. Ad honorem Salvatoris.







5. optat lau-re- á-tam, Sed pro-féctus Dami- á-tam Il-lae-
6. qui-bus verbum De- i Di- versá-rum a-ci- é- i Vó- lu-




5. sus re- pátri- at. 7. Inter aves it et red-it, Qua- rum
6. crum annúnti- at. 8. Pa-ce gaudent, et sa- lú-ti Per Fran-




7. e- i grex obé-dit : Vo- ce quam na- tú- ra de-dit Lau-
8. císcum re-sti-tú-ti, Vi- dent cae- ci. fan-tur mu-ti, Pau-



7. dant nomen Dómi-ni. 9. O mens sim-plex, mens be-nígna,
8. sant e-ner-gúme-ni. 10. Cu- ius numquam o- bli-ví-sci



9. Ca-ro pu-ra, ca- ro digna Si- gnis, mor-tis Christi
10. No-bis pre-ces dent Fran- cí-sci, Sed per ipsum adi-




9. signa Prae- téndens si- mí- li- a.
10. pí-sci Sempi- tér- na gáudi- a. A- men.

15. Caput draconis.

5.



C A- PUT dra-có-nis úl-timum


Ultó- rem fe-rens glá-di- um Advérsus De- i pó-pu-lum
Exci-tat bellum sé- pti-mum. 2. Contra caelum
e-rí- gi-tur Et ní- ti-tur ad-tráhe- re Máximam partem
sí- de-rum Ad damna- tó-rum nú- me- rum.
3. Ve- rum de Christi lá- te-re No- vus le-gá-tus
mít-ti-tur : In cu-ius sacro córpo- re Ve-xíllum Cru-cis cér-
ni-tur. 4. Fi- de pro- téctus clý-pe-o, Spe ga-
le- á-tus, ú- ti-tur Verbi mucróne, bál-te- o Vir casti-tá-
tis cíngi-tur. 5. Francíscus, prínceps íncly-tus, Signum re-



gá-le bá- iu-lat, Et cé- lebrat concí- li- um Per cuncta mun-
di clí-ma-ta Con- tra dra-có-nis schísma- ta. 6. A-ci- es
trinas órdi-nat Expe-di-tó-rum mí- li-tum Ad fugándum
exér-ci-tum Et tres ca-térvas daémonum, Quas dra-
co semper ró-bo- rat. 7. Iussus a Re- ge prόpe- rat Ad sem-
pi-térna gáudi- a, ut mí- li-tum sti-péndi- a Sanctus
Franciscus éxi- gat. 8. Fac nos, Pa-ter pi- íssime, Patris
he-ré-des grá- ti-ae, Ut Patris possint fí- li- i Consórtes




es-se gló- ri- ae. A- men.

16. Fregit victor.


I.




F RE-GIT victor vir-tu- á- lis Hic, Fran- cí- scus
Chorus. 2. Cru- cis la-tor cordi- á- lis, Prin- ceps pugnae




1. tri- umphá- lis Cru-cis adver- sá-ri- um. 3. Quem prae-
2. spi-ri- tá- lis Insí-gnis a- mánti- um. 4. Prae- mu-




3. mí- sit Rex fu-tú-rus, Pugna- tú- rus, pro- vi- sú- rus
4. ní- vit ut se-cú-rus Su- is ar-mis congres-sú- rus



3. Cé-lebri con- cí-li- o. *Chor.* 5 a. Di-cas no-bis, o Francí-sce,
4. Sa-lúbri prae- sí-di- o. *Chor.* 6 a. Di-cas no-bis, o Francí-sce,





5 a. Cur af-fí-xus sis in Cru-ce. *Cantor.** 5 b. Qui- a Cru- cis con-
6 a. Cur af-fí-xus sis in Cru-ce. *Cantor.* 6 b. Qui- a mundi ab-




5 b. templá- tor, Atque carnis supplantá- tor Semper fu-
6 b. di- cá- tor, Atque Cru-cis i- mi- tá- tor, Vi- tae Chri-

(*) In persona beati Francisci.


5 b. i sédu-lus. Chor. 7 a. Di-cas no- bis. Cant. 7 b. Amor Ie-su
6 b. sti bá-iu-lus. Chor. 8 a. Di-cas no- bis. Cant. 8 b. Sursum fi-xa
7 b. me in-céndens, Atque dulcor, cor absór- bens, Auxit de-
8 b. mente tendens, Vi- di Je-sum, intra fer- vens, Spé-ci- e
7 b. si- dé- ri- a. Chor. 9 a. Dic, Francí-sce, quid fe-cí-sti,
8 b. se- ráphi-ca. Chor. 10 a. Dic, Francí-sce, quid fe-cí-sti,
9 a. Postquam Ie-sum aspe- xísti? Cant. 9 b. Dulcem Ie-sum
10 a. Postquam Ie-sum aspe- xísti? Cant. 10 b. Gra-to vul-tu
9 b. quo ardé- bam E vi-cí-no di-stingué-bam Aspéctu
10 b. aestu- á- bam, Et affá-tu exce- dé-bam Af-féctu
9 b. cla- rí- fi-co. Chor. 11 a. Dic, Francí-sce, quid fe- císti,
10 b. mi- rí- fi-co. Chor. 12 a. Dic, Francí-sce, quid fe- císti,
11 a. Postquam Ie-sum aspe- xí- sti? Cant. 11 b. A- lis se- nis
12 a. Postquam Ie-sum aspe- xí- sti? Cant. 12 b. Mox a-mó- re
11 b. conve- lá-tus, Pla- gis qui-nis sau- ci- á-tus, To- tus di-
12 b. sti-mu- lá-tus Et do- ló-re conclavá-tus, In Di- lé-




11ᵇ. re cru- en-tá-tus, Sic e-rat in- signí-tus. *Chor.* 13ª. Dic,
12ᵇ. ctum immu- tá-tus, Innová- tur spí- ri-tus. *Chor.* 14ª. Dic,




13ª. Francí-sce, quid vi- dísti Contemplándo plagàs Chri-
14ª. Francí-sce, quid vi- dísti Contemplándo plagas Chri-




13ª. sti? *Cant.* 13ᵇ. Mentem mi- re in-flammá-ri, Et sic
14ª. sti? *Cant.* 14ᵇ. Ma-nus, pe- des concla- vá- ri, Dextrum




13ᵇ. carnem si- gil-lá-ri, Ac Di- lé- ctum transformá-ri In
14ᵇ. la-tus lance- á-ri, Chri- sti ser- vum immu- tá-ri In




13ᵇ. fúlgi- dam spé-ci- em. *Chor.* 15. O Fran-cí-sce cru- cí- fe-
14ᵇ. su- am ef- fí-gi- em. *Cant.* 16. Cer- te mul- tis argumén-




15. re, In te si-gna scimus ve- re. *Chor.* 17ª. Dic, no-bis,
16. tis Constat for-ma red-i- mén-tis. *Chor.* 18ª. Dic, no-bis,




17ª. Francísce, Quid vi-dísti in Cru-ce? *Cant.* 17ᵇ. Fí- li- um
18ª. Francísce, Quid vi-dísti in Cru-ce? *Cant.* 18ᵇ. Christum cla-




17ᵇ. De- i vi-vén-tis Cru- ci-fí- xum pro amó-re gen-tis.
18ᵇ. vis concla-vá- tum Ac caput spi- nis co-ro- ná- tum.



Chor. 19. Cre-dén-dum est ma-gis so- li Francí- sco ve-
Chor. 20. Scimus i- psum re-ce- písse Signa cru- cis




19. rá- ci Quam munda- nó-rum turbae loquá- ci.
20. ve- re! Tu, no- bis, Pa-ter, tandem oc-cúrre. A-men.




Alle-lú- ia.

17. Gloriosi iam per orbem.


I.




GLO- RI- O-SI iam per orbem Rú- ti- lat fe- stí-vi-
1 b. In qua mi-rae san- cti- tá- tis Inter turmas caé-li-




1 a. tas, 2 a. Ho-mo digne ho- no- rá- tur, Magnis pol-lens mé-
1 b. cas, 2 b. Qui in ter-ra adhuc vi- vens, Iunge- bá-tur Sú-




2 a. ri- tis : 3 a. Fi- de, vo- to, cor-de to-to I-mi- tándo
2 b. pe-ris : 3 b. Intus ardens, extra lu-cens, Fragrans sic- ut




3 a. Dómi-num : 4 a. Inno-cénti- ae candó- rem E-ius vi- ta
3 b. lí- li- um. 4 b. Et o-dó-rem bo-nae famae To-tus orbis




18. Laetabundus.




1. le- lú- ia. 3. Mens in cár-ne pá-tu- it, No-vo mundo splén-
2. mi- ránda! 4. Vir qui sic re- fló-ru- it, Aves vo- ce mó-
3. du- it Sol de stel-la. 5. Sic- ut Chri- stus dó-cu- it
4. nu- it Semper cla-ra. 6. Hic pro- lem quam gé-nu- it
5. Paupertá- tem ténu- it Pa- ri forma. 7. Jam in cae- lis
6. Pos-si-dé- re nó-lu- it Haec cor- rú-pta. 8. Re- no- vántur
7. iú- bi- lat, No- vis signis rú- ti-lat Val-le no- stra.
8. ó- cu- li, Lingua cre- vit párvu-li Carne sumpta.
9. Os mu- tó-rum sól-vi-tur, Mul-tis vi- ta réd-di- tur,
10. Le- pra ce-dit, sá- li- unt Clau-di, febres fú- gi- unt,
9. Haére- sis con-vín-ci-tur Es- se caeca. 11. Soldá- ni
10. Multa re-gna sén-ti- unt Haec prae- dícta. 12. Osténdat
11. próspe-ra Spre-vit et áspe-ra, Sed hunc non lae-sit
12. vúlne-ra Nó-vaque mú-ne-ra Det, quem gé- nu- it
11. Gens mí- se-ra.
12. Pu- érpe-ra. Alle-lú- ia.


19. Salve fratrum.





í- te-rum monstrat su- a Vúlne-ra. 8. Tu, Christi signá-cu-
lum, Cru-ci-fí-xi spé-cu-lum, fulgens supra sí-de-ra. 9. Tu,
parvus et hú-mi-lis, Cu-ius lingua fér-ti- lis Tres flo-res
partú-ri- it. 10. Per tu- um consí- li- um Virgi-ná-le lí- li- um
Lo-ca clausa pé-ti- it. 11. Signa probant te be- á-tum, Cu-ius
ossa sa-ni- tá-tum Vá-po-rant dulcé- di-nem. 12. Quot sunt
morbi tot me-dé-lae, Vi-sus, gressus et loqué-lae Praebes
ple-ni-tú-di-nem. 13. Tu, Li-ber, intus et fo-ris Scriptus: ge-
sta Salva-tó-ris Sunt libri ma-té- ri- a. 14. In quo sanguis


Agni cla-ret, Orbis to-tus hic appá-ret Et Pátrum ma-
gná- li- a. 15. Cru-cem prae-fers spe- ci- á-lem : Nec in terris
ha-bet ta-lem Sanctus, nec in pá-tri- a. 16. No-vi cla-vi, lá-te-
ris Vulnus, no-vi sí-de-ris Pro-bant pri- vi-lé-gi- a.
17. Palmam si-bi ró-se-am So-lo vo-to víndi-cat, Dum non
timens rúmphe- am Sa-ra-cé-nis praédi-cat. 18. De-fúnctos
vi-ví- fi-cat, No-va membra cónstru- it, Lepró-sos pu-rí- fi-
cat Quos hic non abhórru- it. 19. Salve, templum pi- e-tá-
tis, Qui to-tí- us Tri-ni-tá-tis Es imá-go nó-bi- lis.


20. Verbi ta-men Cru-ci- fí- xi, Spe-ci- á- li, quam praedí-xi,
Cru-ce ma-gis sími- lis. 21. O Francí-sce, lux so- lá-ris, Cru-ci-
fíxus singu-lá- ris, Iam cum Christo glo-ri- á- ris In cho-
ro cae- lé-sti- um. 22. Su-per astra si-tus po- li, Mi-se-ré-re
tu-ae pro- li; Virgo, quam do-cébas co- li, Pla-ca no-bis
Fí- li- um. 23. La-tus ru-bens, no-va ro-sa Pi- i cordis fu- it
glo-sa; Tu sis no-bis vi-tae vi- a, Tu pro no-bis semper
pi- a Pro-de Chri-sto Stígma-ta. 24. Ie-su, Fi- li Summae
Matris, Salva pro- lem tan- ti Patris; Hic consór-tes su- ae



20. Veni Sion Filia.






21. O Francisce.



Canticum Creaturarum.


7.




A L-TIS- SIME, Omní-pot-ens, bo-ne Dómi-ne, Tu- ae



sunt laudes, gló- ri- a, honor et omnis be-ne- dícti- o :




Ti-bi so-li, Altíssime, convé- ni- unt, et nul-lus homo di-



gnus est Te no-mi- ná- re.




2. Laudé- ris, mi Dómi-ne, per omnes cre- a-tú-ras tu- as,



spe- ci- á-li-ter per dómi-num me- um, fra-trem So-lem, qui



di- em fert, et per quem il-lúmi- nas; et il-le pulcher est



et rá-di- ans cum magno splendó-re : de Te, Altíssime, por-




tat signi- fi- ca- ti- ó- nem.


3. Laudé- ris, mi Dómine, per so-ró-rem Lu-nam et Stel-
las, quas in caelo cre- ásti cla- ras, pre-ti- ó- sas et
bel- las.
4. Laudé- ris, mi Dómi-ne, per fratrem Ventum, per A- e-
rem, per Núbi- lum atque Se-ré- num, et per omne tem-
pus, per quod das tu- is cre- a-tú-ris sus- tenta- ti- ó- nem.
5. Laudé- ris, mi Dómi-ne, per so-ró-rem Aquam, quae mul-
tum est ú-ti- lis et húmi- lis, pre- ti- ó- sa atque casta.
6. Laudé- ris, mi Dómi-ne, per fratrem Ignem, per quem no-



ctem illúmi- nas; et il-le pulcher est, atque iu-cúndus,
ro- bústus et for-tis.
7. Laudé- ris, mi Dómi-ne, per so-ró-rem nostram, matrem
Terram, quae nos nu-trit et pa- scit; quae di-vérsos prodú-
cit fructus, flo-res co-lo- rá- tos et herbas.
8. Laudé- ris, mi Dómi-ne, per il-los qui dimíttunt in-iú-
ri- as propter Tu- um amó-rem, et qui sústi-nent infirmi-tá-
tes et tri-bu- la- ti- ó- nes. Be- á- ti il- li qui sústi-nent in
pa-ce; quó-ni- am a Te Altíssimo co- ro-na- búntur.


9. Laudé- ris, mi Dómi-ne, per so-ró- rem nostram, Mortem
corpo- rá-lem, quam nullus homo vi-vens pót-e-rit e-váde-re :
Vae il- lis, qui mo-ri- úntur in peccá- to mortá- li.
Be- á- ti il- li qui inve- ni- éntur in Tu- a sanctíssima Vo-
luntá-te : qui- a mors se-cúnda non pót-e- rit e- is no-
cé- re.
10. Laudá- te et be-ne-dí-ci-te Dó-mi-num me- um, grá- ti- as
á-gi-te, et serví- te il-li, omnes cre- a-tú- rae, cum
magna hu-mi- li- tá- te.

Benedicamus Domino.



B E-NE-DICAMUS in laudem Patris nostri Francí-sci,



Cru-ci-fí-xi signis insigní- ti DOMI-NO.

INDEX SYNTHETICUS

INDEX ALPHABETICUS

Antiphonarum, Hymnorum, Psalmor., Responsor. ac Varior.

Antiphonae.

Hymni.

Psalmi.

Responsoria.

Varia.

EPILOGUS CRITICUS.

ABBREVIATIONES ADHIBITAE :

AH Blume-Dreves, S. J. *Analecta hymnica medii aevi*, t. 1-53, Lipsiae.

CV (Eus. Clop, O. F. M.) *Cantus varii in usu apud nostrates*, Romae, 1902.

Dan. Daniel, *Thesaurus hymnologicus*, I-V, Halis-Lipsiae, 1841-1856.

Felder Hil. Felder O. C., *Die liturgischen Reimoffizien auf die heiligen Franciscus und Antonius*, Freiburg (Schweiz), 1901.

Kehr. Kehrein, *Lateinische Sequenzen*, Mainz, 1873.

Mone Mone, *Hymni latini medii aevi*, I-III, Friburgi i. Br., 1855.

RH Ul. Chevalier, *Repertorium hymnologicum*, Louvain-Bruxelles, 1892-1920.

Officium S. P. N. Francisci cum suo cantu passim invenitur in Antiphonariis antiquis Ordinis; e codicibus examinatis hic enumeramus eos tantum, qui sunt saec. 13 et 14.

Saec. 13. *Monachii*, Archiv. Fratr. Min. Prov. Bavariae, Antiphon. ms. saec. $13^{2}/_{1}$, f. 281^{v}-285^{v}; (olim "Cod. Rosenthal" dictus); cfr. Felder, 77-88.

Romae, Bibl. Vat. Lat. Cod. 8737, f. 250^{r}-256^{v}. Antiphon. ms. saec. 13; cfr. Felder, 88-90.

S. Gallen, Stiftsbibl., Cod. 389, p. 411-422. Antiphon. ms. saec. $13^{2}/_{2}$; cfr. Felder, 90-92. Unicus codex qui Officium S. Franc. habet notatione *neumatica*.

Saec. 14. *Asti*, Bibl. Seminarii, Antiphon. ms. a^{i} 1332, s. Sign.

Friburgi (Helvetiae), Bibl. Fratr. Min. Conv. Cod. 2, f. 212^{v}-218^{r}. Antiphon. ms. saec. 14; cfr. Felder, 95-97.

Bruxellis, Bibl. Royale, Cod. 6432, (Van den Gheyn, S. J. *Catalogue des Mss. de la Bibliothèque Royale de Belgique*, I, 669, Bruxelles, 1901-1909), f. 320^{v}-326^{v}. Antiphon. ms. saec. 14.

Assisii, S. Maria d. Ang., Antiphon. ms. saec. 14, s. Sign., f. 287^{r}-295^{r}.

Assisii, Chiesa Nuova, Antiphon. ms. saec. 14^{ex}-15^{in}, s. Sign., p. 477 ss.

Bononiae, Museo Civico, n. 24, f. 64^{r} ss. Antiphon. ms. saec. 14^{ex}, (?)-15.

Memoria Transitus. Tempus introductionis huius ritus non constat. Invenitur demum in Codicibus temporis non ita remoti saec. 18^{in} forsan 17^{ex}. Melodia *O Sanctissima* quae in corpore habetur est ea quam plura mss. flandrica et gallica dant.

Benedicamus Dño positum 1° loco invenitur in fere omnibus Ordinis Antiphonariis Italiae saec. 14-15 cum inscriptione *de S. Francisco, Sancti Francisci, Ben. Dño Ordinis*, etc. Editio Vatic. Antiph. illud posuit pro Laudibus in festis duplicibus.

1. Plange turba paupercula.

« ... Cuius [fr. Alberti de Pisa. Min. Glis. † 1238] mortem non solum « universa planxit Religio; sed et ipse Pontifex [Greg. IX] qui eum sum- « mopere diligebat, unde dolenter et pie sic cecinit :

Plange turba paupercula..., etc.

« Misit lugubre hoc carmen per Provincias, praecipiens ut quotidie, cum « aliis orationibus in Choro recitaretur, donec Dominus substitueret « Rectorem. Atque ex illo tempore abiit in consuetudinem, ut carmen « hoc lugubre (quibusdam additis precibus) dicatur semper a Fratribus, « extincto Generali, donec novus subrogetur... » *Chronol. Hist. legalis*, I, Neapoli 1650, p. 24; Wadding, *Annales*, ad an. 1239, n. 7. Haec Antiphona invenitur in fere omnibus Antiphonariis Ordinis saec. 13-15; plerumque cum rubrica : « *Tempore mortis vicarii generalis. Ad Magnificat* ». Pro variis Antiphonis postea adhibita est, praesertim pro : *Duce caelesti numine* ex Officio S. Clarae.

2. Francisce Christi signifer. Textus ex libris choralibus recentioribus Italiae; melodia est accommodatio hymni *O salutaris*. Antiphon. Romanum, ed. Desclée, 1924, p. 94*.

3. Francisce quali cuspide. Ex Rituali Ordinis, p. 224; melodia nova.

4. Sex fratrum, pater septimus.

5. Arcana suis reserans.

6. Euntes, inquit, in eum.

7. Regressis quos emiserat.

Antiquitus in Officio novem lectionum post lect. 9^{am} Hymno *Te Deum* praemittebatur Responsorium IX^{um}. In M. E. pro aliquibus summis festivitatibus — praesertim Sanctorum localium — plura (4, imo 6-7) Responsoria IX^{a} cantabantur. Officium S. Francisci et S. Antonii retinuerunt usque in saec. 15 seriem 4 Resp. IX, unum totum constituentium, quaeque ipso die festo cantabantur; cfr. Felder, 69-76.

8. Franciscus amat unice.

9. Franciscus mundi prospera.

10. Francisci in visceribus.

11. Ad Francisci famam prisci.

Hymni ex primo SS. Stigmatum Officio Min. Glis Gerardi Odonis (1329-1342). Unaquaeque antiphona (et hymnus) incipiebat in verbo : *Franciscus*. Vide AH 17, 34, p. 100; RH 6542; cfr. et W. Lampen O. F. M., *La liturgia delle Stim.*, in *Studi Francesc. Ricordo del 7° Centenario delle Stimmate*, Arezzo, 1924, p. 97-98.

Totum Officium habetur in Breviario francisc. ms., saec. 15, originis Hispanicae, in Cod. Paris. Bibl. Nat. 1064, f. 411 ss.

8. Cod. cit. f. 411. AH 11, 230, p. 132; CV 218; Mone, III, 305; RH 6538. Melodia quam dant CV est illa in qua cantatur *Ad coenam Agni providi*, sed corrupta; correximus eam ex Antiph. Romano.

9. Cod. cit. f. 411. AH 11, 231, p. 132; CV 220; RH 6541; melodia ex CV.

10. Cod. cit. f. 411. AH 11, 232, p. 132; CV 221; RH 6531. Melodia quam dant CV est hymni *Decus morum*, et soli huic metro convenit; substravimus aliam franciscanam sc. *Proles de caelo*.

11. Cod. cit. f. 412. AH 12, 210, p. 121; CV 223; RH 131. CV dant melodiam, quae huius textus metro, utpote *Decus morum* non convenit; hic ergo melodiam *Decus morum* posuimus. Ultimus versus uniuscuiusque strophae est ex hymno *Vexilla regis*, secundum antiquam lectionem prae-Urbanianam. Addita est illius Officii oratio, *Deus, qui miranda*, quaeque hodie minus apte adhibetur tamquam Postcommunio in Missa SS. Stigmatum.

12. In caelesti collegio Franciscus fulget gloria.

13. Proles Patris praeconia.

Hymni pulcherrimi ex alio Stigmatum officio. Ex Breviario francisc. ms., saec. 15, originis Gallicae-Flandricae, Cod. Paris. Bibl. Nat. 1046, f. 69^{r-v}.

12. Cod. cit. f. 69^{r}. AH 9, 229, p. 131; RH 8539. Plures versus ex Officio S. P. N. Franc. desumpti sunt; substravimus melod. *Proles de caelo :* tonus alter.

13. Cod. cit. f. 69^{r-v}. AH 11, 228, p. 131; CV 223; RH 15585. Melodia *Vexilla regis*.

14. Ad honorem Salvatoris.

Imitatio Sequentiae eiusdem initii in honor. B. M. V.

Ex Prosario ms. francisc., saec. 14. Cod. Paris. Bibl. Nat. 1339, f. 63^{v}. AH 9, 216, p. 162; CV 244; RH 149.

15. Caput draconis.

« ... Domnus papa Gregorius nonus... ad honorem beati Francisci fecit... et prosam *Caput draconis ultimum...* ». Salimbene, *Chronica*, p. 383[20]; ed. Holder-Egger, (MGH. SS 32) Hannoverae et Lipsiae, 1905-1913. Capitulum generale Argentin. a[i] 1282 ordinavit, « quod cantentur sequentiae « de beato Francisco *Laetabundus*, etc. et *Caput draconis*, quam composuit « Gregorius IX. » Ita Glassberger, in *Anal. Franc.*, Quaracchi, II, 96-97.

Cfr. etiam Barthol. de Pisa, *De Conformitate*, lib. 1, fruct. 2, pars 2, in *Anal. Franc.* IV, 72; et Wadding, *Ann.* ad an. 1228, n. 78.

Variis melodia « prosa illa, olim solemnis » (Wadd. l. c.) concinnata est; melodia originalis videtur ea quam dant CV 215, quamque correximus ex Cod. Conventus Frat. Min. Metensis, saec. 14; Cod. Patavino saec. 14-15 (?), Bibl. Univers., n. 1883, in folio custodiae (partim tt.); Cod. Senensi, saec. 15 in Bibl. Comun., Libro di Sequenze G. III, 2, f. 56v; Cod. Assisiensi, saec. 15, Bibl. Comun. Grad. Franciscan. ms., s. Sign., f. 175v.

Melodiam affinem dat Cod. Florentin. saec. 15, S. Marco, n. 587 (73), f. 77; omnino diversam praebent Cod. Paris. saec. 13-14, Tropar. ms. Lemovicense, Bibl. Nat. 1139, f. 2v, et Cod. Paris. saec. 14, Grad. franciscan. ms., Bibl. Nat. 10503, f. 222v. Cfr. AH 9, 215, p. 161; CV 215; RH 2625.

Primo aspectu aliquid insolitum in melodia praesefert; minime tamen absque pulchritudine.

16. Fregit victor.

Textus adscribitur Thomae a Celano, estque ad structuram quod refert imitatio Seq. *Surgit Christus cum tropheo;* haec altera erat ampliatio Seq. *Victimae paschali* et cantabatur in die Paschatis in honor. B. M. V.

Utraque Sequentia (*Surgit Christus* et *Fregit victor*) originaliter erat quoddam « drama liturgicum », quod clare adhuc patet ex utriusque structura dialogali. Cfr. Maurice Beaufreton, *Anthologie Franciscaine du M. A.* 3. ed. Paris. 1921, p. 34-39.

Fregit victor in CV 234; Dan. V. 314-7; Kehr. 387; RH 6569. In Libro chorali saec. (?) Cod. Paris. Bibl. Nat. 912, f. 31v-36r; CV et Cod. Paris, post str. 18 habent :

Dic nobis, Francisce,
Quid recepisti in morte!
    Vexillum Dei regnantis
    In dextera Dei omnipotentis.

Dic nobis, etc.
    Cicatrices Christi
    Quibus mentem depinxit.

Dic nobis, etc.
    Stigmatum foris dulcorem
    Quorum mens intus tulit ardorem.

Hae strophae videntur apocryphae. Nam 1° rumpitur nexus logicus; iterum fit sermo de ipsa stigmatizatione, de qua iam egerunt str. 13-16; 2° textus est obscurus: Fr. recepit *in morte* vexillum Dei regnantis *in* dextera Dei omnipotentis? 3° metrice non sunt absque defectu; 4° quando melodia coniungitur, apparent vere abominabiles. Propter hoc secuti sumus Missale impr. Paris. 1520, 1525, 1542 et 1555 easque omisimus.

17. Gloriosi iam per orbem.

Prosa ex Missali ms. S. Felicitatis, Cod. Florentino, Bibl. Laurent. Conv. Suppr. 233, f. 240v-241r. AH 40, 212, p. 188; RH 37700. Melodia quam substravimus est Sequentiae *Orbis totus unda lotus.* Vide Prévost, *Recueil des séquences d'Adam le Bretón*, Ligugé, 1901, p. 233.

18. Laetabundus.

Capitulum generale Argentini 1282 ordinavit «quod cantentur sequentiae de b. Francisco, *Laetabundus*, etc... » Glassberger, *Anal. Franc.*, II, 96-97. « Antiquam prosam quae incipit : *Laetabundus*... edidit Thomas Capuanus Cardin. Presb... » Wadd. *Ann.*, ad an. 1228, n. 78. Textus est unus ex plus quam 100 imitationibus pulcherrimae sequentiae Nativitatis Domini : *Laetabundus exsultet fidelis chorus.* Textus noster in plurimis missalibus franciscanis invenitur. CV 240; Dan. II, 193; V, 99; Kehr. 570, p. 390; Mone III, 930, p. 306; RH 10025.

19. Salve fratrum dux minorum.

Sequentia quae melodia, structura metrica ac forma poetica imitatur celebrem sequentiam « miraculosam » Adami a S. Victore : *Salve Mater Salvatoris ;* cfr. Prévost l. c. 115. AH 10, 234, p. 176; RH 17970; Troparium Cathedr. Tortosae Cod. 135 (saec. 13^{ex}-14^{in}) ex benigne indicatione PP. Benedictinorum Solesmensium.

Ex hac seq. decursu temporis plures aliae seq. vel prosae factae sunt vel saltem plures strophae desumptae sunt.

1° *Salve fratrum dux minorum*, quae imitatur e vicino *Lauda Sion.* Missale Rom. impr. Parisiis 1542; Kehr. 577, p. 393.

2° *Ave, Pater, pacis lator.* AH 37, 193, p. 170; CV 253; Misset-Weale, *Thes. Hymnolog.*, I, 319, p. 452; RH 2016.

3° *O Francisce lux solaris.* AH 49, 767, p. 363; RH 13015.

4° *Gratuletur grex minorum*, ex Cod. Venet. Class. IX, 145, saec. 13. Missale Rom. impr. Parisiis 1542; Dan. V, 315; Kehr. 567, p. 389; Mone III, 933, p. 308; RH 7444.

5° *Gaude caelum, terra plaude*, ex Cod. S. Gall. 546, f. 352. Kehr. 568, p. 389.

20. Veni Sion filia.

Imitatio metri et interdum textus Seq. *Veni S. Spiritus;* ex Grad. ms. saec. 14. Cod. Graecense 36; AH 10, 233, p. 176; RH 21216.

21. O Francisce Christiforme.

Ex Antiphon. ms. saec. 15^{ex}. Cod. Bruxell., Bibl. Royale 6434, f. 106v. (Van den Gheyn I, 695) Estque imitatio *Stella maris, o Maria*, tropi super Respons. *O Maria clausa porta* Officii de Conceptione; cfr. Wagner, *Einführung*, III, Formenlehre, 1921, S. 509-510.

22. Canticum Creaturarum.

Textus latinus e Cod. 579 (1268) Bibl. Civ. Trevir. saec. 15, quem edidit P. Liv. Oliger O. F. M. in AFH 14, 271, correctus sec. textum antiquissimum italianum Monaci. Melodia est adaptatio alterius « Cantici Creaturarum » quod Ecclesia cantat in Sabbatis Quatuor Temporum : *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.*

23. Benedicamus Domino tropatum ex Antiphon. ms. O. F. M. a[i] 1348. Cod. Bruxell. Bibl. Royale 1870, f. 150[r] (Van den Gheyn, 1, 570).

Imprimé par la Société Saint Jean l'Évangéliste, Desclée & Cie. — Tournai (Belg). — 5065.

CORRIGENDA

p. 107, l. 6. loco *est* legas *aes*

p. 108, l. 4. loco *Hymna* legas *In mna*

p. 141, l. 3. loco *melodia* legas *melodiis*